
BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XL
A
12
NAPOLI

12.



[illegible] Google


P. OVIDII
NASONIS
HEROIDES.

P. OVIDII NASONIS HEROIDES SIVE EPISTOLÆ

JO. HENR. KROMAYERUS

recenſuit

& notis

AD MODUM

JOANNIS MINELLII

nec non

INDICE neceſſario

inſtruxit

Cum Priv. Potent. Regis Pol. ac Elect. Sax.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

LIPSIÆ,

Sumpt. M. G. WEIDMANNI,

SACR. POLON. REG. MAIEST. ET ELECT.

SAXON. BIBLIOPOLA.

ANNO M DCC XIX.

V. C.

JO. GEORGIO WERNERO

Philoſophiæ Doctori
& S. S. Thol. C.

FRATRI ET AMICO VETERI SACRUM ESSE JUBEO

JO. HENR. KROMAYERUS.

LECTORI BENEVOLO
M. JO. HENR. KROMAYERUS
S. D.

LUdimus interdum, atque poſt graviora, uti vocant, ſtudia cum ſuavibus nos Muſis oblectamus, lector benevole! cujus rei fructum quemdam ut alii etiam, ſi poſſet fieri, caperent, coepimus nuper P. O. Naſonis ex Ponto ſcriptas epiſtolas in publicam lucem edere. eas nunc, ut vides, conſequuntur ejusdem Heroides, queis neſcio an aeque elegans quidquam habeat erudita antiquitas & ſuis numeris abſolutum. legi igitur ipſas quum ab elegantioris doctrinae cultoribus omnibus, tum a ſtudioſa juventute, maxime volumus, & ſeveriorum caperataeque frontis hominum, qui ubique obſcœna ſibi reperire videntur, nam ſunt praecipue hac in re lyncei, ruſtica judicia omnia ne unius quidem aſſis facimus. Verum ne aliud agere videamur, paucis dicemus, quid praeſtitum ſit in adornandis Heroidibus Na-

ſonis noſtri, τῆς ᾠδῆς θρέμματος illius ſine exemplo maximi. Illud vero, ſi libet, per te videbis, lector, intelligesque hic pleraque adcommodata eſſe iis, qui aut latinam linguam non ſatis callent, aut in legendis eius modi ſcriptis properant & abhorrent a doctioribus interpretamentis. Pluſculum tamen inpendimus operae epiſtolis Leandri quidem ad Hero, Herus vero ad Leandrum, adjuti a Cel. viro nobisque amiciſſimo C. A. Heumanno, cujus ad eas notulas, profecto eruditiſſimas, noſtris admiſcuimus, magnique eſſe faciendas iudicamus. Viſum quidem nobis fuit a plerisque Cel. Viri emendationibus abire. Sed liberi ſumus, eamque libertatem noſtram ſat ſcimus ab illo in malam partem raptum non iri. Tu vale, benevole lector, &, ſi meremur, nobis fave! Scr. Kal. Sept. MDCCXVIII. in Jenenſi academia.

P. OVI

P. OVIDII NASONIS
HEROIDES.
EPISTOLA PRIMA.
PENELOPE [a] ULIXI.

ARGUMENTUM.

Orto bello Trojano ob raptam Helenam a Paride, habito a Graecis conuentu, inuitus cogitur Vlixes ad bellum proficiſci: in qua expeditione multa uſque adeo geſſit, ut excidii Trojani maxima pars illi adſcribatur. Vltione facta, Troiaque funditus euerſa, redeuntes Graeci uictores in patriam, ſpoliis hoſtilibus ditati, indignatione laeſae Mineruae, uariis adeo iactati ſunt procellis, ut multi obruti ſint, alii turpiter occubuerint, pauci poſt multos errores dirum uix euaſerint excidium, inter quos Vlixes, ad quem haec epiſtola dirigitur.

---

a Sic optime ſcribitur. Vid. Burmannum ad Petron. Sat. pag. 170.

tur, decem annos errabundus orbem peragrauit. Penelope igitur, eius uxor, licet ignara, ubi is detineretur, ſolicita tamen de ipſius reditu, hanc ei epiſtolam ſcribit, qua inprimis monet, ut redeat, quum & Troia euerſa, & aliis reuerſis, ſolus non habeat cauſſam tarditatis. Interimque deteſtando Paridem, narrat, quae paſſa ſit, quum maritus eſſet in bello, & quae patiatur, dum varias morae cauſas ſuſpicetur; maximeque conqueritur, quod nihil noui de ipſo habeat, eum certiorem faciens de conſtantia & fide ſua, narrando proceres requirentes eam, & ſtimulum Icarii patris. Vltimo dicit, domum ac rem ipſius familiarem ob eius abſentiam male habere, quum propter inbecillem naturam ſuam ac Telemachi infantiam, tum propter ſenectutem Laërtis patris: propterea ne reſcribat, ſed ut ipſemet ueniat, inprimis petit.

HAnc [3] tua [4] Penelope [5] lento tibi mittit, [6] Ulixe.
Nil mihi reſcribas [7] ut tamen: ipſe veni,
Troja [8] jacet certe, [9] Danaïs inviſa [10] puellis:

Vix

3 Epiſtolam nempe. 4 *Amyre* vel *Arnaea* antea dicta. 5 cujus erga me tuosque amor frigeſcit, quique nimis moraris. 6 pro Ulixes. 7 ita tamen tibi ſcribo, ut non reſpondeas, ſed venias ipſe. 8 victa & diruta eſt. 9 Graecis, ab Rege Danao. 10 mulieribus.

Vix [11] Pri[illegible] [illegible]anti, totaque Troja, fuit.
O utinam tunc [illegible] [13] Lacedaemona claſſe petebat,
Obrutus [14] [illegible]nis eſſet [15] adulter aquis!
Non ego [16] deſe[illegible] jacuiſſem [17] frigida lecto,
Nec quererer [illegible]rdos ire relicta dies:
Nec mihi, quae[illegible]ti [18] ſpatioſam [19] fallere noctem,
Laſſaret [20] vi[illegible]s [21] pendula tela manus.
[22] Quando ego [illegible] timui graviora [23] pericula veris?
Res eſt ſollici[illegible] plena timoris [24] amor.
In te fingebam [illegible]entos [25] Troas ituros:
[26] Nomine i[illegible]ectoreo pallida ſemper eram.

Sive

11 Laomedontis fil. Rex Trojae. 12 vix tanti fuit, ut Graecae mulieres, interque eas ego, abſentia mulierum moeſtiſſimae viveremus. 13 Laconiae urbem, Menelai regiam, unde a Paride rapta fuit Helena. 14 tempeſtate furentibus. 15 is Paris eſt, Priami fil. raptor Helenae, Menelai Regis Lacedaemonii uxoris. 16 dicemus ad epiſt. Herus v. 69. lectum deſertum dicit Ulixe carentem & ab eo deſertum. 17 quam vir non fovet. 18 tardam, longam. 19 tranſigere, tranſmittere, faciendo aliquid, cui intenta non tam ſentiam animi aegritudinem. 20 quae manus & ipſae te orbae ſunt. 21 pendens in jugo patensque ad faciendum opus. 22 negativa interrogatio adfirmative exponenda eſt: *ſemper timui.* 23 quibus obnoxium te fore putabam. 24 amantes numquam non timent. 25 *Tros, Trois,* Trojanus. 26 exhorrui, quotieſcumque nomen Hectoris audivi.

Sive quis [27] Antilochum narrabat ab Hectore victum;
Antilochus noſtri cauſſa timoris erat:
Sive [28] Menoetiaden [28] falſis cecidiſſe ſub armis;
Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos.
Sanguine [30] Tlepolemus [31] Lyciam [32] tepefecerat haſtam;
Tlepolemi leto cura novata mea eſt.
Denique, quiſquis caſtris jugulatus [33] Achivis,
[34] Frigidius glacie pectus [35] amantis erat.
Sed bene conſuluit [36] caſto [37] Deus aequus amori.
Verſa eſt in cinerem [38] ſoſpite Troja viro.

39 Argo-

27 Neſtoris filius fuit, ab Hectore interfectus, ex ſententia quidem ſimplicis matronae, cui orationem Naſo videtur adcommodare. Non enim ab Hectore, ſed a Memnone Antilochus vincebatur. 28 Patroclum Menoeti fil. quem Hector armis Achillis indutum interemit. 29 Achillis ſub armis, ut modo eſt monitum. 30 Herculis filius ex Aſtyoche, Rhodi Rex, qui in Græcorum auxilium Rhodiorum claſſem ad Trojam urbem duxit. 31 Sarpedonis Lycii, filii Jovis & Laodamiae. 32 interfectus erat haſta Sarpedonis. 33 Graecis, ex eorum exercitu. 34 de quocunque in Graecorum caſtris interemto mihi narraretur, ita numquam non timore percellebatur, ut frigeſcerem. Noſtri eadem ratione dicunt, *es brach mir ein Eiſ-kalter Schweiß aus.* 35 meum pectus, quae te tantopere amo. 36 *caſtus amor* conjugalis eſt. 37 Hymenaeus, aut Amor ſeu Cupido bene proſpexit amori noſtro. 38 ita, ut tu Ulixes vir meus adhuc ſoſpes & ſalvus ſis.

[39] Argolici [40] [illegible]ere duces : altaria [41] fumant :
Ponitur ad [42] patrios barbara [43] praeda Deos.
Grata ferunt [44] Nymphae pro ſalvis dona maritis :
[45] Illi victa ſuis Troia [46] fata [47] canunt.
Mirantur juſtique ſenes, trepidaeque puellae :
Narrantis conjux [48] pendet ab ore viri.
Atque aliquis poſita monſtrat fera proelia [49] menſa ;
Pingit & exiguo [50] Pergama tota mero.
Hac ibat [51] Simois, hic eſt [52] Sigeïa tellus,
Hic ſteterat [53] Priami regia celſa ſenis.

39 Graeci, ab *Argos* ſeu *Argi*, quo Graecia notatur nonnunquam. 40 ſc. domum, ut Menelaus, Neſtor, Agamemnon. 41 Sacra fiunt diis. 42 in templis deorum patriorum. Vide Iſ. Voſſium ad Catullum, p. 4. 5. ad illud : *o patrona Virgo.* 43 Aſianis & Phrygibus erepta ſpolia, quae ſolebant in deorum templis ſuſpendi. 44 Feminae Graecae. 45 mariti ſc. reduces. 46 modum, quo victa ſit Troja. Fata vero Troia diu fatigarant Graecos, tandem vero ab iis victa ſunt Trojaque diruta. 47 narrant laeti. 48 audit tanta attentione narrantem virum, ut intuens eum, quaſi pendere ab ejus ore videatur. 49 in menſa demonſtrat pingitque, ut ſtatim ſequitur. 50 Situm Trojae. Pergama Arx Trojae pro ipſa Troja accipitur. 51 fluvius Trojanus. 52 Sigeum Promontorium Trojae, a quo terra ſeu campus ſubjectus *tellus Sigeia* dicitur. 53 Regis Trojae, fil. Laomedontis.

Illic [54] Aeacides, illic tendebat [55] Ulixes:
Hic [56] lacer [57] admiſſos terruit Hector equos.
Omnia namque tuo ſenior, te quaerere [58] miſſo,
Rettulerat [59] nato [60] Neſtor: at [61] ille mihi.
Rettulit & ferro [62] Rheſumque [63] Dolonaque caeſos.
Utque ſit [64] hic ſomno proditus, [65] ille dolo.
Auſus es, ô nimium nimiumque oblite tuorum,
[66] Thracia nocturno [67] tangere caſtra dolo;
Totque ſimul mactare viros, adjutus ab [68] uno.

At

54 Achilles, nepos Aeaci, Pelei fil. 55 fixerat tentoria. 56 vulneribus ab Achille confectus. 57 incitatos. Circa urbem enim raptus equis Hector eos quaſi terrebat cruentatus & vulneratus. 58 quem miſeram ad te quaerendum. 59 Telemachus. 60 Neſtor ſenior dicitur, quia traditum eſt, eum tertiam hominis ætatem vixiſſe. Nelei filius fuit, & Rex Pyliorum. 61 Telemachus. 62 Thraciae Regem, a Diomede & Ulixe interfectum. 63 Eumedis fil. qui ſpeculator in Graecorum venerat caſtra. 64 Rheſus, quem Diomedes & Ulixes dormientem trucidarant. 65 Dolon, cui promiſſa erat impunitas ea conditione, ſi aperiret conſilia Trojanorum, quod quum feciſſet, occiſus eſt tamen a Diomede. 66 Rheſi, Thraciæ Regis caſtra. 67 intrare caſtra. 68 Diomede, Tydei & Deiphiles Adraſti fil.

At bene [69] ea[illegible] eras, & memor [70] ante mei.
Uſque metu [71] micuere ſinus; dum victor amicum
Dictus es [72] Iſmariis iſſe per agmen equis.
Sed mihi quid prodeſt veſtris [73] disjecta [74] lacertis
[75] Ilios? & [76], murus quod fuit ante, ſolum;
Si maneo, qualis Troja durante manebam;
Virque mihi, demto fine carendus, abes?
Diruta ſunt [77] aliis, uni mihi Pergama reſtant;
Incola captivo [78] quae bove victor arat.
Jam ſeges eſt ubi Troja fuit, reſecandaque falce
[79] Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus.

Semi-

69 Ironice haec dicuntur a Penelope. 70 antequam Rheſi caſtra intrares ſeu tangeres, Regemque cum ſociis ſuis leto dares. 71 tremuit mihi cor. 72 Thraciis. Iſmarus mons eſt Thraciae. Timui adeo, quum audirem, te rediiſſe equis Rheſi in Graecorum caſtra victorem. 73 dirata, debellata. 74 fortitudine, viribus. 75 Troja. Sic vocata fuit ab Ilio Trois fil. 76 & quid prodeſt mihi ſolum, in quo antea murus erat, h. e. Troja, nunc ſolo aequata & diruta. Ordo ſic habet: & ſolum, quod ante fuit murus. 77 aliis prodeſt, Trojam captam eſſe. 78 Quae Pergama, i. e. locum, ubi conſtitit Troja, nunc arant Graeci victores Trojanis bobus. 79 pinguis eſt & fertilis.

Semiſepulta virûm curvis [80] feriuntur aratris
Oſſa: ruinoſas [81] occulit herba domos.
[82] Victor abes; nec ſcire mihi, quae cauſſa [83] morandi,
Aut in quo lateas [84] ferreus orbe, licet.
Quiſquis ad haec vertit peregrinam litora puppim,
Ille mihi de te multa rogatus [85] abit.
Quamque tibi reddat, ſi te modo viderit uſquam,
Traditur huic digitis charta [86] notata meis.
Nos [87] Pylon, antiqui [88] Neleïa Neſtoris arva,
Miſimus. incerta eſt fama remiſſa [89] Pylo.
Miſimus & [90] Sparten. Sparte quoque neſcia [91] veri.
Quas habitas terras, aut ubi lentus abes?
Utilius ſtarent etiam nunc moenia [92] Phoebi.
(Iraſcor [93] votis heu levis ipſa meis!)

94 Sci-

80 Eruuntur aratris. 81 gramina & ſegetes contegunt dirutas domos. 82 Tu Ulixes, qui victor fuiſti ad Trojam, non reverteris ad me. 83 ſc. tibi ſit. 84 inmitis, mei parum memor. 85 ille inde non diſcedit, niſi interrogatus a me, quid agas & ubi commoreris. 86 ſcripta mea manu epiſtola. 87 Pylos Meſſeniae urbs. 88 a Neleo, Neſtoris patre. 89 reſponſum eſt ex urbe Pylo nil, niſi quod ibi fama de te incerta innotuit. 90 Lacedæmonem ad Menelaum Regem. 91 neſcit veri quid de te. 92 Troja, cujus muros Apollo & Neptunus ædificaſſe dicuntur. 93 pro Trojae excidio factis. Poenitet me optaſſe, ut Troja caperetur, quia non redis.

[94] Scirem ubi pugnares; & tantum bella timerem;
Et mea cum multis [95] juncta querela foret.
Quid timeam ignoro: timeo tamen omnia [96] demens:
Et patet in curas [97] area lata meas.
Quaecunque aequor habet, quaecunque pericula tellus,
Tam longae cauſſas ſuſpicor eſſe morae.
Haec ego [98] dum ſtulte meditor (quae [99] veſtra libido eſt)
Eſſe [100] peregrino captus amore potes.
Forſitan & narres [1], quam ſit tibi [2] ruſtica conjux;
Quae [3] tantum lanas non ſinat eſſe rudes.
[4] Fallar; & hoc [5] crimen tenues [6] vaneſcat in auras:

[7] Neve

94 Si adhuc ſtaret Troja, ſcirem, te ibi commorari. 95 non haberem, quod ſola quererer. 96 metu ferme evecta, plane perturbata. 97 cauſſae mihi ſunt plurimae timoris & curarum. 98 interea, eo tempore, dum. 99 pro inconſtantia & amore tuo mutabili, immo quo eſſe ſolent viri plerique. 100 fieri potuit, ut aliam nunc ames, mei ratione nulla habita. 1 ſc. ei, quam nunc amas. 2 inculta, inficeta. 3 cujus artes tantum ſint tractare lanam, quas ruſticae etiam mulieres callent. 4 opto, ut opinio haec mea me fallat. 5 amor alius puellae, cujus te inſimulo. 6 falſum ſit.

[7] Neve, revertendi [8] liber, abeſſe velis.
Me pater [9] Icarius viduo [10] diſcedere lecto
Cogit, & immenſas increpat uſque [12] moras.
Increpet uſque licet: tua ſum, tua dicar oportet
Penelope: conjux ſemper Ulixis ero.
Ille tamen [13] pietate mea precibusque pudicis
[14] Frangitur, & [15] vires temperat ipſe ſuas.
[16] Dulichii [17] Samiique, &, quos tulit alta [18] Zacynthos,
Turba ruunt in [19] me luxurioſa, proci:
Inque tua [20] regnant, nullis prohibentibus, aula.
[21] Viſcera noſtra, tuae dilaniantur opes.
Quid tibi Piſandrum, Polybumque, Medontaque dirum,
Eurymachique avidas, Antinoique manus,

Atque

7 Et opto, ut, ſi poſſis, velis etiam redire. 8 libertatem & poteſtatem revertendi habens. 9 Icarius Tyndari frater, parens erat Penelopes, mater vero Polycaſta. 11 vult, jubet, ut alii nubam. 12 increpat me, tamdiu te exſpectantem. 13 amore erga te meo. 14 vinci ſe patitur. 15 jus patrium non tam vehementer me urguet, ut nubam alii, quum videt amorem meum erga te maritum meum, & quum preces meas audit. 16 ſc. proci. Dulichium, una ex Echinadum inſulis. 17 Samos inſula inter Icariam & Aſiae oram. 18 Inſula Epiro adjacens. 19 certatim ad me adeunt. 20 dominos ſe gerunt, resque noſtras diſſipant ac dilapidant. 21 opes, tam mihi caras, quam ſunt viſcera.

Atque alios referam, quos omnes turpiter abſens
Ipſe tuo partis [22] ſanguine rebus alis?
Irus egens, pecoriſque Melanthius [23] actor edendi,
Ultimus accedunt in tua damna [24] pudor.
Tres ſumus imbelles numero; ſine viribus [25] uxor,
[26] Laërtesque ſenex, Telemachusque puer.
Ille [27] per inſidias pene eſt mihi nuper ademtus;
Dum [28] parat, invitis omnibus, ire Pylon.
Di precor hoc jubeant, ut [29] euntibus ordine fatis,
[30] Ille meos oculos [31] comprimat, ille tuos.
[32] Hoc faciunt [33] cuſtosque boûm, longaevaque [34] nutrix:

35 Ter-

22 Labore, ſtudio, *die du durch dein Blut und Schweiß erworben haſt.* 23 magiſter ovium, qui cum procis Penelopes pecora Ulixis devorabat. 24 ultimo loco & damnum tuis rebus inferunt, & pudendi nobis ſunt, quum indignius nihil poſſit dici, quam quidem noſtras opes a talibus abliguriri hominibus. 25 ego Penelope inbecillis. 26 pater tuus ex Laerte genitus. 27 Telemachus ſcilicet. 28 vult. 29 ut ordinem ſervent fata, quod fit, ſi mortuis parentibus liberi, natu majoribus, juniores, ſuperſtites ſunt. 30 Telemachus. 31 claudat, quod faciebant propinqui & juncti ſanguine. 32 vovent idem mecum. 33 Philetius Cephalenius, magiſter paſtorum. 34 Euryclia nutrix Ulixis.

[35] Tertius, immundae [36] cura fidelis harae
Sed neque Laërtes, ut qui ſit [37] inutilis armis,
[38] Hoſtibus in mediis regna [39] tenere valet.
Telemacho veniet (vivat modo) [40] fortior aetas:
Nunc erat auxiliis illa [41] tuenda patris.
Nec mihi ſunt vires inimicos pellere [42] tectis.
Tu citius venias, [43] portus & ara [44] tuis.
Eſt tibi, ſitque, precor, natus, qui [45] mollibus annis
In [46] patrias artes erudiendus erat.
Reſpice Laërten: ut jam ſua lumina condas,
Extremum fati [47] ſuſtinet ille diem.

Certe

35 Eumæus tertio hoc vovet. 36 cuſtos porcorum. 37 ineptus ad arma ob aetatem ſcil. grandævam. 38 inter procos iſtos. 39 exercere inperium, procosque vi arcere. 40 tenendo inperio & tractandis armis aptior. 41 illa aetas parentis tutela formanda erat. 42 aula procos expellere per inbecillitatem virium mearum mihi non licet. 43 perfugium & ſolamen. 44 patri, mihi & filio. 45 tenera aetate. 46 artibus virilibus & bellicis inſtituendus. 47 differt quaſi mortem ſuam te exſpectans. Explicat ingenioſe hunc locum Jo. Clericus ad Pedonem albinovanum p. 81. ad eum Pedonis verſum:

Illa (fortuna) rapit juvenes, ſuſtinet illa ſenes.

Adſcribamus etiam Livii locum, quem protulit laudatiſſimus Clericus e lib. V, 45. *Vix*, inquit Livius, *temperavere animis, quin extemplo inpetum facerent, compreſſique a Caeditio Centurione, quem ſibimet ipſi praefecerant, rem in noctem ſuſtinuere.*

Certe ego, quae fueram, te [48] diſcedente, puella,
Protinus ut [49] redeas, facta videbor anus.

48 Quum diſcederes ad bellum Trojanum. 49 quamvis cito redeas, tamen moerore & curis confecta anus tibi videbor.

EPISTOLA II.
PHYLLIS DEMOPHOONTI.

ARGUMENTUM.

Demophoon, Theſei & Phædrae filius, a bello Troiano in patriam rediens, maris tempeſtatibus in Thraciam delatus, a Phyllide, Lycurgi & Cruſtumenae filia, quae tunc Thraciae inperabat, hoſpitio & lecto benigna ſuſcepta eſt; & quum aliquamdiu cum illa fuiſſet, audita morte Mneſthei, qui poſt eiectum ex urbe Athenarum patrem Theſea, imperium occupauerat, regni cupidine captus, Phyllidi fide data, ſe intra menſem rediturum, fingens ſe ad res ſuas componendas ire, refarcitis nauibus Athenas petiit, neque de reditu cogitavit. Quatuor itaque exactis menſibus Phyllis epiſtolam hanc ſcripſit, in qua ſuadet, ut beneficiorum memor ſervatis ſponſionibus, in fide perſiſtat, quod ſi negligat, ui-

oblatum pudorem crudeli morte ſe compenſaturam minatur.

Hoſpita, Demophoon, tua te, [2] Rhodopeïa Phyllis,
Ultra promiſſum tempus abeſſe [3] queror.
Cornua cum Lunae pleno ſemel orbe [4] coiſſent,
Litoribus noſtris [5] anchora [6] pacta tua eſt.
Luna quater [7] latuit; pleno quater orbe recrevit;
Nec vehit [8] Actaeas [9] Sithonis unda rates.
Tempora ſi numeres, bene quae numeramus amantes;
Non venit ante [10] ſuum noſtra querela diem.
Spes quoque [11] lenta fuit. [12] tarde, quae credita [13] laedunt,

Cre-

2 Thracia a Rhodope Thraciae monte. 3 ſtructurae ordo is eſt: o Demophoon, ego Phyllis Rhodopeia, hoſpita tua, queror, te abeſſe ultra tempus promiſſum. 4 i. e. poſt menſem unum, quum eſſet plena luna, tunc enim extremitates lunae, quae ſunt cornua, coëunt, nec adparent amplius. 5 navis tua. 6 promiſſa. Sic pacti ſumus, ut poſt menſem redires. 7 i. e. quartus jam menſis eſt, quod abes a me. 8 nec redis. Actaeae rates, *Athenienſes*, ab Acte, Atticae regione. 9 Thracia, a monte Sithone in Thracia. 10 debitum, non nimis cito. 11 ſatis diu reditum tuum ſperavi. 12 tarde & ſero credo ea, *reliqua.* 13 ſc. me, quod mihi eſt damno maximo: nempe te non eſſe rediturum, quod ſerius jam quidem credo.

Credimus, [14] invita nunc & amante nocent [15].
Saepe fui [16] mendax pro te mihi; ſaepe putavi
Alba procelloſos vela [17] referre [18] notos.
[19] Theſea [20] devovi, quia [21] te dimittere nollet;
Nec [22] tenuit curſus forſitan ille tuos.
Interdum timui, ne, dum vada tendis ad [23] Hebri,
Merſa foret canâ naufraga puppis aquâ.
Saepe deos ſupplex, pro te, [24] ſcelerate, rogavi,
Cum prece turicremis [25] deveneratа focis.
Saepe videns ventos coelo pelagoque faventes,
Ipſa mihi dixi; Si valet ille, venit.
Denique, fidus [26] amor, quidquid properantibus obſtat,

Fin-

14 Invita me, qui te tantopere ſemper amavi; praeter voluntatem meam. 15 ſc. mihi. 16 ſum mentita, aliisque confirmavi, te eſſe brevi rediturum; ne etiam, ſaepe mihi perſuaſi, te ſtaturum eſſe promiſſis & ad me reverſurum; quae interpretatio altera alteri videtur praeferenda eſſe ob ſtatim ſequens *mihi*. 17 reducere domum. 18 ventos, ſpecie poſita pro genere. 19 tuum patrem. 20 exſecrata ſum. 21 quia fingebam ſeu putabam, te ab eo detineri. 22 retinuit te, impedivit, quo minus redires. 23 fluu. Thraciae. *vada*, quae praecedunt. h. l. *aquae* ſunt. 24 perfide. 25 & precata ſum deos, & iis ſacra feci pro tua perfidi ſalute. 26 ego fideliter te amans.

Finxit; & ad [27] cauſſas ingenioſa fui.
At tu lentus abes, nec te [28] jurata reducunt
Numina; nec noſtro motus amore redis.
Demophoon, [29] ventis & verba, & vela dediſti.
Vela queror reditu, verba carere fide.
Dic mihi quid feci, niſi non ſapienter amavi?
[30] Crimine te potui demeruiſſe meo.
Unum [31] in me ſcelus eſt; quod te, ſcelerate, recepi.
Sed ſcelus hoc meriti [32] pondus & [33] inſtar habet.
Jura, fides, ubi nunc, commiſſaque [34] dextera dextrae?
Quique erat in falſo [35] plurimus ore Deus?
Promiſſus [36] ſocios ubi nunc [37] Hymenaeus in annos,
Qui mihi conjugii [38] ſponſor & obſes erat?

Per

27 Morae tuae cauſſas ingenioſe excogitavi. 28 non redis ideo, quod juraſti per deos, te eſſe reverſurum. 29 abiiſti a me, & falſo juraſti, te rediturum eſſe. Verba vento dare, eſt vane jurare ſeu promittere. 30 at hoc crimine, quod nimis te inprudenterque amavi, poteram te commouiſſe, ut ſimplicitas haec mea tibi placeret, neque datam fidem de reditu falleres. 31 ſolum, praecipuum. 32 valorem, momentum. 33 ſimilitudinem. 34 confirmatio fidei, quae fit conjunctis dextris. 35 & tot dii, per quos falſo jurabas. 36 in conjunctionem vitae conjugalis. 37 conjugium, quod mihi promiſiſti. Hymenaeus deus nuptiarum. 38 Qui quaſi nomen mihi pro te dedit.

Per mare, quod totum ventis agitatur & undis;
Per quod ſaepe ieras, per quod iturus eras:
Perque tuum mihi juraſti, (niſi fictus & ille eſt)
Concita qui ventis aequora [39] mulcet, [40] avum:
Per Venerem, nimiumque mihi [41] facientia tela,
[42] Altera tela arcus, altera tela faces:
Junonemque, toris quae [43] praeſidet alma maritis,
Et per [44] taediferae myſtica ſacra Deae.
Si de tot laeſis ſua [45] numina quisque Deorum
Vindicet; in poenas non [46] ſatis unus eris.
At [47] laceras etiam puppes [48] furioſa refeci:
[49] Ut, qua deſererer, firma carina foret.

50 Re-

39 Componit fluctus excitatos. 40 Neptunum. 41 infeſtantia me. 42 quorum telorum altera ſunt arcus, & ſagittae Cupidinis, altera faces, queis deus ille urere amantes fingitur. 43 quae praeeſt nubentibus & parientibus, unde & *pronuba* ac *Lucina* adpellatur. 44 Cereris, quae Perſephonen quaeſivit taedis accenſis, unde & in ejus ſacris myſticis ſacerdotes facibus utebantur, *daduchique* vocabantur. 45 ſuam majeſtatem ulciſcatur. 46 tu ſolus non ſufficies poenae. 47 naves tuas quaſſas tempeſtatibus. 48 ſtulta, inſana. 49 quo factum eſt, ut, τελικῶς enim τὸ *ut* eſt exponendum.

[50] Remigiumque dedi, [51] quo me fugiturus abires.
Heu patior telis vulnera facta meis!
Credidimus blandis, quorum [52] tibi copia, verbis:
Credidimus [53] generi, nominibusque tuis:
Credidimus lacrimis. an & hae ſimulare [54] docentur?
Hac quoque habent [55] artes, [56] quaque jubentur, [57] eunt?
Dis quoque [58] credidimus. [59] quo jam tot [60] pignora nobis?
[61] Parte ſatis potui qualibet [62] inde capi.
Nec [63] moveor, quod te juvi portuque [64] locoque.
Debuit hoc meriti [65] ſumma fuiſſe mei.

Tur-

50 Remiges, nautas. ita *ſervitium*, pro ſervo dicitur. Monebimus ad Probam Falconiam. 51 cujus remigii, vel quorum nautarum opera. 52 queis copioſe uti didiciſti & ad me es uſus. 53 credidi tibi, quum genus te ducere a Neptuno jactares. 54 an etiam homines diſcunt lacrimis ſimulare? 55 an etiam ars eſt fallere lacrimis? 56 qua via, quoque tempore. 57 manant. 58 ut crederem tibi, jurejurando, quod per tot deos faciebas, commota ſum. 59 quid jam mihi proſunt? 60 adfirmationes de reditu tuo. 61 vel uno tot pignorum tuorum ſatis poteram movere facileque decipi. 62 inde, i. e. ex pignoribus iſtis. 63 commoveor ira, poenitet me. 64 hoſpitio, domicilio. 65 terminus. modo nihil ulterius tibi praeſtitiſſem; quod ſtatim demonſtrat Phyllis.

Turpiter hoſpitium lecto [66] cumulaſſe jugali
Poenitet, & lateri [67] conſeruiſſe latus.
Quae fuit ante illam, mallem ſuprema fuiſſet
Nox mihi; dum potui Phyllis [68] honeſta mori.
Speravi melius, quia me [69] meruiſſe putavi.
[70] Quaecumque ex merito ſpes venit, aequa venit.
Fallere [71] credentem non eſt [72] operoſa puellam
Gloria. ſimplicitas digna [73] favore fuit.
Sum decepta tuis, & [74] amans, & [75] femina, verbis,
Di faciant, laudis [76] ſumma ſit iſta tuae:
Inter & [77] Ægidas media [78] ſtatuaris in urbe:
Magnificus titulis ſtet [79] pater ante ſuis.

Cum

66 Poenitet me, beneficium hoſpitii cumulatum fuiſſe a me lectu conjugali, nuptiis, quas fecimus, uti Arbiter loquitur. 67 concubuiſſe. 68 caſta. 69 qui putavi, me ſic bene immo optime de te meritam eſſe. 70 id, quod meritus eſt aliquis, jure ſperat. 71 credulam & ſimplicem. 72 magna, quae multis operibus & labore multo debeat parari. 73 fide, non fraude. 74 quae amore tui eram capta. 75 quam fallere difficile non eſt. 76 ultima, praecipua laus tua haec ſit, nec majus quid umquam digniusve praedicatione facias. 77 ab Ægeo genus ducentes, inter patrem & fratres. 78 collocetur tibi ſtatua. 79 Theſeus, vel ejus ſtatua, titulis & rebus ab eo geſtis ponatur.

Cum fuerit [80] Scyron lectus, torvusque [81] Procruſtes,
Et [82] Sinis, & tauri mixtaque forma [83] viri;
Et [84] domitae bello Thebae, fuſique [85] bimembres,
Et pulſata nigri regia caeca [86] Dei:
Hoc tua poſt [87] illum titulo ſigietur imago:
Hic eſt, cujus amans hoſpita capta dolo eſt.
De tanta rerum [88] turba, factisque parentis,
[89] Sedit in ingenio [90] Creſſa relicta tuo.
Quod ſolum [91] excuſat, ſolum [92] miraris in illo.
Heredem patriae, perfide, fraudis agis.

Illa

80 Latro, a Theſeo ſaxo praecipitatus. 81 qui viatores lecto inponebet, ſique eſſent longiores, truncabat, ſi breviores, diſtendebat usque dum ejusdem, cujus lectus, eſſent magnitudinis. Itidem trucidatus eſt a Theſeo. 82 In Iſthmo Corinthiac. crudeliſſimus latro, qui homines arboribus incurvatis & ad terram deductis, dimiſſiſque diſcerpſit. 83 Minotaurus, quem etiam interemit Theſeus. 84 a Theſeo ſc. Thebae Boeotiae urbs. 85 Centauri, in Pirithoi nuptiis a Theſeo, Neſtore, Peleo vel fugati vel dati leto. 86 Plutonis, ad quem deſcendit Theſeus rapiendae Proſerpinae cauſſa. *Pulſata regia*, i. e. vi adhibita occupata & intrata. 87 Theſeum. 88 multitudine rerum a Theſeo geſtarum. 89 in memoria haeſit relicta a Patre tuo Ariadne, ut hanc ejus fraudem imitarere. 90 Ariadne Minois Cretenſis filia, quam Theſeus turpiter reliquit. 91 quod ipſe pater ſuus Theſeus judicavit crimen fuiſſe, a ſe patratum, quodque voluit excuſatum. 92 rem judicas admiratione prae ceteris dignam, ac imitaris.

[93] Illa (nec invideo) fruitur meliore [94] marito;
Inque [95] capiſtratis tigribus [96] alta ſedet.
At mea [97] deſpecti fugiunt connubia Thraces,
Quod [98] ferar [99] externum praepoſuiſſe [100] meis.
Atque aliquis; Doctas jam nunc eat, inquit, Athenas:
[1] Armiferam Thracen, qui regat, alter erit.
[2] Exitus acta probat. careat ſucceſſibus opto,
Quiſquis ab [3] eventu facta [4] notanda putat.
At ſi [5] noſtra tuo ſpumeſcant aequora remo,
[6] Jam mihi, jam dicar [7] conſuluiſſe meis.
Sed neque conſului: nec te mea regia tanget,
Feſſave [8] Biſtonia membra [9] lavabis aqua.
Illa meis oculis ſpecies [10] abeuntis inhaeret,
Cum [11] premeret portus claſſis itura meos.

Au-

93 Ariadne. 94 Baccho. 95 in curru cum Baccho ſedet, qui trahitur tigribus frenatis. 96 majeſtate quadam conſpicua. 97 repudiati a me tui cauſſa. 98 dicar. 99 hoſpitem, peregrinum. 100 civibus, Thracibus. 1 bellicoſam. 2 in fine intelligitur, an bene, an ſecus res geſtae ſint. 3 ab eo, quod evenit caſu quodam, non a fine, qui felix omnino mihi poteſt eſſe, ſi venerit. 4 judicanda. 5 ſi redeas. 6 tum vero, eo in fine rerum. 7 recte egiſſe. 8 Thracia. Biſtonia urbs Thraciae, unde *Biſtonius*, Thracius. 9 non venies rurſum in Thraciam. 10 imago tui abeuntis ante oculos mihi obverſatur. 11 eſſet in portu meo & abire pararet.

Auſus es amplecti [12], colloque infuſus amantis
Oſcula [13] per longas jungere [14] preſſa moras;
Cumque tuis lacrimis, lacrimas [15] confundere noſtras:
Quodque foret velis aura ſecunda, [16] queri:
Et mihi diſcedens [17] ſuprema dicere voce;
Phylli, [18] face reſpectes Demophoonta tuum.
Exſpectem [19], qui me numquam [20] viſurus abiſti?
Exſpectem pelago vela [21] negata meo?
Et tamen exſpecto; redeas modo ſerus [22] amanti:
Ut [23] tua ſit ſolo tempore lapſa [24] fides.

Quid

12 Sc. me. 13 diu me oſculari. 14 qualia ſunt amantum, qui inprimunt quaſi labiis majore niſu & cupiditate oſcula. 15 miſcere, una mecum plorare. 16 queri auſus es, ventos ſecundos proficiſci jubere. Pulcerrime amantium morem Poëta exprimit. 17 ultimis verbis. 18 fac expectes, i. e. exſpecta, Pleonaſmus eſt, ut apud Nepotem: *Certum hominem ad eum mittas face* i. e. mitte; Terent. Heaut. Prol. *facite, aequi ſitis*, eſtote aequi. De vocab. *face, pro fac*, dicimus alibi. Vid. Cellarium ad Nepotis Pauſan. cap. II, 4. p. m. 44. 19 ſc. te. 20 numquam rediturus. 21 ſemel mihi denegata. qui manere apud me noluiſti, vel, qui iis velis ſeu navibus, plane mihi denegatis jam, non es rediturus. 22 ad amantem. redi, licet ſero, nam id melius eſt, quam ſi redeas numquam. 23 ut me fefelleris tantum temporis mora. 24 fides mihi data non ſervata a te ſit.

Quid precor [illegible] jam te tenet [25] altera conjux
Forſitan, &, nobis qui male [26] ſavit, amor.
[27] Utque tibi excidimus, nullam, puto, Phyllida noſti.
Heu mihi! ſi, quae ſim Phyllis, & unde, [28] rogas.
Quae tibi, Demophoon, longis erroribus acto
Threïcios portus, hoſpitiumque dedi.
Cujus opes auxere meae: cui dives egenti
Munera multa dedi, multa datura fui.
Quae tibi ſubjeci latiſſima regna [29] Lycurgi,
Nomine [30] feminco vix ſatis [31] apta regi:
Qua [32] patet umbroſum Rhodope [33] glacialis ad Haemum,
Et ſacer admiſſas [34] exigit Hebrus aquas,
[35] Cui mea virginitas avibus libata [36] ſiniſtris,

[37] Caſta-

25 Alii. *Tenet* verbum rei amatoriae eſt, uti & *τὸ habere.* 26 quo capta infeliciter te amavi. 27 poſtquam oblitus es mei. 28 quod facimus, quando alter nobis plane eſt ignotus. 29 qui tuae poteſtati tradidi regnum Patris mei Lycurgi. 30 a femina. 31 ſc. regna, ubi inperium tenere femina vix poteſt, ob gentem bello deditam, & vix ferentem feminae inperium. 32 porrigitur. 33 *Rhodope* & *Haemus* Thraciae montes. 34 exonerat, effundit, in mare vero Ponticum Hebrus defertur. 35 cui dicavi amoris primitias. 36 auſpiciis infelicibus.

37 Caſtaque fallaci 38 zona 39 recincta manu.
Pronuba 40 Tiſiphone thalamis 41 ululavit in illis,
Et cecinit moeſtum 42 devia carmen avis.
Adſuit 43 Alecto, brevibus 44 torquata colubris;
Suntque 45 ſepulcrali lumina 46 mota face.

Moe-

37 Caſta dicitur, quia virginum erat. 38 quam ſolvebant ſponſi in lecto, ut opus poſſent facere. Dicemus plura ad Muſaeum de Hero & Leandro, qui μίτρας voce uſus eſt. Locum interim ponemus. inquit igitur ita v. 271:

Δεῦρο, τεὺς ἱδρῶτας ἐμοῖς ἐνικάτθεο κόλποις.
Ὣς ἡ μὲν ταῦτ' εἶπεν. ὁ δ' αὐτίκα λύσατο μίτρην,
Καὶ θεσμῶν ἐπέβησαν ἀριστονόου κυθερείης.

Reddidit ita eleganter David Whitfordus:
Huc ades! hoc gremio duros depone labores.
Dixerat, hic primos cito virginitatis honores
Carpit, & optatae Veneris nova foedera jungunt.

39 ſoluta. 40 Trium furiarum una. 41 hymenaei loco vocem feralem edidit. 42 devia avis eſt Bubo, cujus cantus mali quid portendit. *Devia* dicitur, quia non iis quaſi, queis ceterae aves, a quarum conſortio excluditur, viis volat, ſed in tenebris oberrat. 43 itidem furiarum quaedam. Tertia Megaera eſt. 44 tamquam torque induta. 45 ſunt faces ſepulcrales ad nuptias noſtras adhibitae. 46 mota lumina ſunt faces motae ſeu commotae, ut ardeant eo rectius.

Moeſta tamen ſcopulos, fruticoſaque litora calco,
Quaque [47] patent oculis aequora lata meis.
Sive die [48] laxatur humus, ſeu [49] frigida lucent
Sidera; proſpicio, quis freta ventus agat.
Et quaecumque procul venientia [50] lintea vidi,
Protinus illa meos auguror eſſe [51] Deos.
In freta procurro, vix me retinentibus undis,
Mobile qua [52] primas [53] porrigit aequor aquas.
Quo magis accedunt [54], minus & minus [55] utilis adſto:
[56] Linquor, & ancillis [57] excipienda cado.
Eſt ſinus, [58] adductos modice [59] falcatus in arcus,
Ultima [60] praerupta [61] cornua mole [62] rigent.

63 Hinc

47 Quocunque proſpicere licet, proſpicio. 48 aperitur, ſcinditur ſolis æſtu. 49 nocturnum tempus notat, quo, ſideribus, luna inprimis, nitentibus frigidior ſolet eſſe aër. 50 vela, naves. 51 auguror, puto, te propitiis diis marinis reduci in Thraciam. 52 qua parte exundat mare, prope littus. 53 propellit. 54 ſc. lintea. 55 hoc magis intelligo, me falli. 56 animo. *ich werde ohnmächtig und ſincke hin.* 57 ſuſcipienda & reſ ciltanda. 58 ad modum tenſi arcus. 59 curvatus, *modice*, ſenſim. 60 excelſa, alta caute. 61 partes extremae. 62 aſpera ſunt & acuta.

[63] Hinc mihi [64] ſuppoſitas immittere corpus in undas
Mens fuit; &, quoniam fallere pergis, erit [65].
Ad [66] tua me fluctus [67] projectam litora portent,
[68] Occurramque oculis [69] intumulata tuis.
Duritia ferrum [70] ut ſuperes, adamantaque, [71] teque:
Non tibi ſic [72], dices, Phylli, ſequendus eram.
Saepe venenorum [73] ſitis eſt mihi: ſaepe cruenta
Trajectam gladio morte perire juvat.
Colla quoque, infidis quia ſe nectenda [74] lacertis
[75] Praebuerunt, laqueis [76] implicuiſſe libet.

[77] Stat

63 Ex ea mole, rupe. 64 ſubjectas, quae infra ſunt. 65 ſc. mens. praecipitabo me, quod facere jam volui. 66 ad Athenienſia, in portum Pyreaeum. 67 praecipitatam me. 68 conſpiciar. 69 non ſepulta. 70 quamvis. 71 qui omni materia es durior. 72 hoc modo, ut in mare praecipitem te dares. 73 ſaepe animus eſt venenum bibere & ſic vitam finire. 74 quae paſſa ſunt ſe adprehendi a te infido. 75 praebuerunt, penultima correpta, quod familiare eſt noſtro. 76 conſtringere, finire laqueo vitam volui.

77 Stat nece 78 matura tenerum 79 penſare 80 pudorem:
In necis 81 electum parva futura mora eſt.
Inſcribere meo cauſſa 82 invidioſa ſepulcro:
Aut hoc, aut ſimili carmine notus eris.
Phyllida Demophoon leto 83 dedit, hoſpes amantem:
84 Ille neci cauſſam praebuit, 85 illa manum.

77 Sc. ſententia, propoſitum mihi eſt. 78 brevi acceleranda. 79 luere. 80 pudicitiam violatam a te. 81 morabor tamen paulisper, ut necis genus mihi eligam. 82 odioſa legentibus. 83 mori coëgit. 84 Demophoon auctor fuit. 85 Phyllis manus ſibi violentas intulit, & quaſi inſtrumentum fuit Demophoontis, mortis ejus auctoris.

EPISTOLA III.
BRISEIS ACHILLI.

ARGVMENTVM.

Poſtquam Graeci Phrygiam adpulerunt, urbes Troiae finitimas, & pracipue quae Leſbo inſulae erant oppoſitae, hoſtili more coeperunt depopulari. Inter quos Achilles, Pelei & Thetidis filius, utramque Ciliciam, & Thebanam atque Lyrneſiam invaſit. Expugnato itaque Chryneſio oppido, duas inſignes fe-

cum uirgines abduxit, Aſtynomen, Chryſae ſacerdotis Sminthei Apollinis filiam, & Hippodamiam Briſae natam, quae deinde a paternis nominibus fuerunt cognominatae. Chryſen autem Agamemnoni Graecorum principi conceſſit, & Briſeida ſibi reſeruauit. Sed quum iam Deorum iuſſu cogeretur Agamemnon Chryſen patri reſtituere, Briſeida Achilli ſurripuit. Quam ob rem indignatus Achilles, diu a bello abſtinuit, nec ullius ſuaſione uel precibus ad arma aduerſus Troianos ſumenda animari potuit; nec poſtea Briſeida accipere curauit, quamuis illi Agamemnon cum maximis muneribus ultro miſiſſet. Quare Briſeis ad eum hanc epiſtolam mittit, in qua conqueritur de eius nimia ira, rogatque, ut ſumat arma aduerſus Troianos, dummodo eam prius ab Agamemnone ultro oblatam recipiat.

QUam legis, â rapta 2 Briſeïde 3 litera venit,
Vix bene 4 barbarica Graeca 5 notata manu.
Quaſcumque adſpicies, lacrimae fecere 6, lituras;
Sed tamen & lacrymae 7 pondera vocis habent.

Si

2 Ab Agamemnone. 3 epiſtola. 4 puellae Cilicis manu barbarica ſcripta. 5 vix Graecis litteris & ſermone ſcripta. 6 maculas, quas videbis, lacrimae meae fecerunt. 7 declarare poſſunt ea, quae verbis demonſtrare poſſim.

Si mihi pauca queri de te, [8] dominoque [9] viroque,
Fas [10] eſt; de domino pauca viroque querar.
Non, ego poſcenti [11] quod ſum cito tradita [12] Regi,
Culpa tua eſt: quamvis hoc quoque culpa tua eſt.
Nam ſimul [13] Eurybates me Talthybiusque vocarunt;
Eurybati data ſum Talthybioque comes.
Alter in alterius jactantes [14] lumina vultum,
Quaerebant taciti noſter ubi eſſet [15] amor.
Differri [16] potui; poenae [17] mora grata fuiſſet.
Hei mihi! diſcedens oſcula nulla [18] dedi.
At lacrimas ſine fine [19] dedi, rupique capillos.
Infelix iterum ſum mihi viſa [20] capi.
Saepe ego decepto volui cuſtode reverti;
Sed, me qui timidam prenderet, hoſtis [21] erat.

Si

8 Qui bellico jure me captam poſſediſti. 9 qui pro uxore me habuiſti. 10 licet. modeſtiae ſtudet oratione ſua. 11 ſc. me. 12 Agamemnoni. 13 miniſtri Agamemnonis. 14 alter alterum adſpiciens. 15 putabant, nullum inter nos eſſe amorem. 16 tradi quidem debebam, ſed poteram tardius tradi. 17 mora poenae, qua traditus ſum Agamemnoni, & ſic quaſi punita, grata mihi fuiſſet. 18 tibi ſc. 19 profudi. 20 ut prius a te, Lyrneſſo expugnata. 21 Troiani hoſtes. ut *miles*, ſingulari numero, pro *militibus*.

Si progreſſa forem, caperer ne forte timebam,
[22] Quamlibet ad Priami munus itura nurum.
Sed data [23] ſim, quia danda fui: tot noctibus abſum,
Nec repetor. ceſſas, iraque [24] lenta tua eſt.
Ipſe [25] Menoetiades, tunc, cum tradebar, in aurem,
Quid fles? hic parvo tempore, dixit, [26] eris.
Non repetiſſe [27] parum eſt: [28] pugnas, ne reddar, Achille.
[29] I nunc, & cupidi nomen amantis habe.
Venerunt ad te [30] Telamone & [31] Amyntore nati;
[32] Ille gradu [33] propior ſanguinis, ille [34] comes:
[35] Laërtaque ſatus; per quos comitata [36] redirem.

Auxe-

22 Quae forte muneri data fuiſſem cuilibet, etiam indignae hoc dono, Priami nurui, ſc. feminae in aula Priami principi. 23 fit ita, data ſim Agamemnoni. 24 nimis differs ultionem, nec ſatis vehemens eſt ira tua erga Agamemnonem. 25 Patroclus Menoetii fil. qui Hippodamiam ſeu Briſeida praeconibus tradidit. 26 repereris brevi. 27 non ſatis habes, me non repetiiſſe. 28 reſiſtis. 29 cave dicas amantis te nomen tueri. 30 Ajax fil. Telamonis. 31 Phoenix Amyntoris fil. 32 Ajax nempe; 33 patruelis tuus. Telamon enim Pelei, Achillis patris, frater erat. 34 ſc. tuus, & morum formator. 35 Ulixes, a Laerte genitus. 36 tibi redderer, ad te redirem.

Auxerunt 37 Blandae grandia 38 dona preces:
Viginti fulvos 39 operoſo ex aere lebetas;
Et 40 tripodas ſeptem, pondere & 41 arte pares.
Addita ſunt illis auri bis quinque talenta:
Bis ſex, adſueti 42 vincere ſemper, equi.
Quodque 43 ſupervacuum, forma praeſtante puellae
44 Lesbides, 45 everſa corpora 46 capta domo.
Cumque tot his, (ſed non opus eſt tibi conjuge) conjux
Ex 47 Agamemnoniis una puella tribus,
Si tibi ab 48 Atrida pretio redimenda fuiſſem,
Quae dare debueras, 49 accipere illa neges?
Qua merui culpa fieri tibi vilis, Achille?
Quo levis à nobis tam cito fugit amor?

Ant

---

37 Blandae preces, ut reciperes me, donis additae ſunt. 38 quæ ipſa ſtatim Briſeis memorat. 39 adfabre factos. 40 Menſas tribus innixas pedibus. 41 quorum ars ejusdem, cujus æs ipſum, erat pretii, vel: ejusdem & ponderis & artis. i. e. pretioſiſſimos. 42 curſu & certamine. 43 quod non eſt neceſſarium, quum puellæ tibi non ſint opus. 44 ex inſula Lesbo adductæ puellæ præſtanti corpore. 45 euerſa a te Lesbo. 46 corpora, i. e. homines, eleganter de captivis. 47 Agamemnonis filiabus. 48 Agamemnone, fil. Atrei. 49 an dicas, te accipere nolle, quae debebas dare. ſi, *reliqua*.

An miſeros triſtis fortuna tenaciter [50] urguet?
Nec venit inceptis mollior [51] aura meis?
Diruta [52] Marte tuo [53] Lyrneſia moenia vidi:
Et fueram patriae pars ego [54] magna meae.
Vidi ego[55] conſortes pariter generisque necisque.
Tres cecidiſſe: tribus [56], quae mihi, mater erat.
Vidi ego, quantus erat, fuſum [57] tellure cruenta,
Pectora jactantem ſanguinolenta, [58] virum.
Tot tamen amiſſis te [59] compenſavimus unum.
Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eras.
Tu mihi, [60] juratus per numina [61] Matris aquoſae,
[62] Utile dicebas ipſe fuiſſe [63] capi.

Scili-

50 Adfligit conſtanter. 51 nec triſtis fortuna mutatur & mihi fit mitior. Metaph. a navigatione. 52 fortitudine bellica tua tuorumque. 53 Lyrneſum, oppidum Ciliciae, ex quo rapuit Achilles, qui expugnavit, Briſeida. 54 non eram ex vulgo, multosque meorum perdidi. 55 fratres tres, quos Achilles leto dedit. 56 tribus illis eadem, quae mihi, erat mater. i. e. ii tres fratres mei fuere. 57 fuſum tantum, quantus erat, i. e. totum. dicimus noſtra lingua: *ſo lang er war*. 58 Minetem, regem Lyrnes. 59 ipſorum loco te habui. 60 jurans, qui juraſti. *active*. 61 Thetidos. 62 meliori me conditione apud te eſſe, quam in patria. 63 a me.

Scilicet ut, quam[illegible] veniat [64] dotata, [65] repellas;
  Et mecum fu[illegible], quae tibi dentur, opes.
Quin etiam fam[illegible]t, cum craſtina fulſerit [66] Eos,
  Te [67] dare [68] nubiferis linea vela notis.
[69] Quod ſcelus ut pavidas miſerae mihi contigit aures,
  [70] Sanguinis atque animi pectus inane fuit.
Ibis: & (ô miſeram) cui me, violente, relinques?
  Quis mihi deſertae mite levamen erit?
Devorer ante, precor, ſubito telluris hiatu,
  Aut rutilo miſſi fulminis igne cremer:
Quam ſine me [71] Phthiis [72] caneſcant aequora remis,
  Et videam puppes ire relicta tuas.

Si-

---

[64] Utilitas ea eſt, ut intelligo, ut repellar a te nec oblata accipiar. Ironice loquitur. *Dotata*, donis ab Agamemnone aucta. [65] me ſc. [66] aurora, dies. [67] daturum, navigaturum eſſe hinc in patriam. [68] tempeſtatem ferentibus. [69] te ſine me & antequam ſit capta Troia eſſe abiturum. [70] deficere cœpi. [71] Achillis. Subjecti enim Achilli Phthii erant. Phthia oppidum Theſſaliae, Achillis patria. [72] ſpuma alba fiant, navigentur.

Si tibi jam reditusque placent, patriique penates;
Non ego ſum claſſi ſarcina [73] magna tuae.
Victorem [74] captiva ſequar, non nupta maritum:
Eſt mihi, quae lanas molliat, apta [75] manus.
Inter [76] Achaïadas longe pulcherrima matres
In thalamos conjux ibit (eatque) tuos.
Digna nurus [77] ſocero, Jovis [78] Æginaeque nepote;
Cuique ſenex [79] Nereus proſocer eſſe velit.
Nos humiles, famulaeque tuae, data penſa trahemus:
Et minuent plenas ſtamina noſtra colos.
[80] Exagitet ne me tantum tua, deprecor, uxor,
Quae mihi neſcio quo non erit [81] aequa modo.

Neve

[73] Potero facile comes eſſe, nec magno tibi ero oneri. [74] non ut uxor te, ſed ut ſerua & captiva ſequar. [75] didici ſervarum exercitia & artem lanae tractandae. [76] Achaia patria Achillis. [77] Peleo. [78] Achille nepote. Jupiter enim ex Ægina genuit Æacum, hic Peleum, Peleus ex Thetide Achillem. [79] Deus marinus, maternus Achillis avus. [80] male habeat, vexet. [81] non favebit mihi, inique me tractabit.

Neve meos [82] coram [83] ſcindi patiare capillos;
Et leviter [84] dicas: Haec quoque [85] noſtra fuit.
Vel patiare [86] licet; [87] dum ne contemta relinquar.
[88] Hic mihi vae miſerae concutit oſſa metus.
Quid tamen [89] exſpectas? Agamemnona poenitet irae,
Et jacet ante tuos Graecia [90] moeſta pedes.
Vince animos, iramque tuam, qui cetera vincis.
[91] Quid lacerat [92] Danaas impiger Hector opes?
Arma cape, [93] Æacida, ſed me tamen ante recepta;
Et [94] preme turbatos, Marte favente, [95] viros.

Pro-

82 Coram te. 83 evellere, lacerare, quod iratarum dominarum eſt, quando inperium in ancillas inmite exercent. 84 ſubmiſſa voce, placide. 85 hanc quoque Briſeida, ut te nunc, olim habui. 86 ſc. ſcindi mihi capillos. 87 dummodo. 88 hoc inprimis vehementer metuo. 89 cur moraris me recipere? 90 Graeci te obteſtantur, ut auxilio ſibi eſſe velis. 91 propter quid, quare pateris, ut. 92 adfligit, deſtruit, debilitat Graecorum opes. 93 o Achille, Æaci nepos. 94 coerce, perſequere, urgue, coge in anguſtias. Verbo premere eodem modo utuntur *Caeſar* de B. C. III, 46. *Seneca* ep. 22. *Nepos* Miltiad. *male rem gerere Darium premique a Scythis.* 95 Troianos.

Propter me mota eſt, propter me deſinat ira:
Simque ego triſtitiae cauſſa [96] modusque tuae.
Nec tibi turpe puta precibus [97] ſuccumbere noſtris:
Conjugis [98] Oenides verſus in arma prece eſt.
Res [99] audita mihi, nota eſt tibi. [100] fratribus orba
Devovit [1] nati ſpemque caputque [2] parens.
Bellum [3] erat: [4] ille ferox poſitis ſeceſſit [5] ab armis,
Et [6] patriae rigida [7] mente negavit opem.
Sola virum [8] conjux flexit. felicior [9] illa!
At mea [10] pro nullo pondere verba [11] cadunt.
Nec tamen indignor: nec me pro conjuge geſſi,
Saepius in dominum ſerva vocata torum.

Me

96 Finis. 97 locum dare, moueri. 98 *Meleager* precibus *Cleopatrae* motus eſt, ut arma caperet contra *Curetas.* 99 de Meleagro. 100 Toxeo & Plexippo, interfectis a Meleagro. 1 Meleagri, quem exſecrata eſt mater. 2 Althea. 3 inter Ætolos & Curetes. 4 ſc Meleager. 5 bello abſtinuit fortis Meleager. ob exſecrationes matris ſuae. 6 Calydonis. 7 ira magna, obſtinatus. 8 Cleopatra, ut diximus, vel, ut alii volunt, Alcyone. 9 felicior illa me fuit, quod flexit ſuis precibus maritum. 10 nullum pondus habentia. 11 irrita ſunt.

Me quaedam [illegible] nimi) dominam captiva vocabat:
[12] Servitio, dixi, [13] nominis addis [14] onus.
Per tamen oſſa [15] viri, ſubito male [16] tecta ſepulcro,
Semper [17] judiciis oſſa verenda meis.
Perque trium fortes animas, mea [18] numina, fratrum,
Qui [19] bene pro patria, cum patriaque, jacent,
Perque tuum noſtrumque caput, quae [20] junximus una;
Perque tuos enſes, cognita tela [21] meis;
Nulla [22] Mycenaeum [23] ſociaſſe cubilia mecum
Juro: [24] fallentem deſeruiſſe velis.

Si

12 Servituti. 13 dominae. 14 quum ſerva ſim, moleſta mihi es dominam me vocando. 15 Minetis. 16. non ea, qua par erat, cura ſepulta. 17 mea ſententia, opinione, ut judico par piumque eſſe. 18 quos tam caros habui, ac ipſos deos, quorumque animas, ut deos, adhuc ſanctiſſime veneror. 19 fortiter honeſteque ceciderunt. 20 quae capita ſimul conjunximus, amori indulgentes. 21 quos enſes, arma, ſenſere cives & conſanguinei mei. *Enſes, tela*, Adpoſitio. Teli vox generatim de armis accipitur. Ita Nepos Datame 11, *interim*, inquit, *telum, quod latebat, protulit, nudatumque vagina veſte texit.* & *Alcibiade* 10. *ille autem ſonitu flammae excitatus, quod gladius ei erat ſubductus, familiaris ſui telum eripuit.* Adde *Liv. I*, 40. qui de *ſecuri* uſurpavit. 22 Agamemnonem. Mycænae urbs, cui imperabat Agam. 23. me habuiſſe, concubuiſſe mecum. 24 ſi vera non dicam, ſi fallam te.

Si tibi nunc dicam: Fortiſſime, tu quoque iura,
Nulla tibi ſine me [25] gaudia facta: [26] neges;
At Danaï [27] moerere putant. tibi [28] plectra moventur:
Te tenet in tepido [29] mollis amica ſinu.
Et ſi quis quaerat, quare pugnare recuſes:
Pugna [30] nocet: citharae, [31] voxque, Venusque iuvant.
Tutius eſt iacuiſſe toro, tenuiſſe puellam,
[32] Threïciam digitis [33] increpuiſſe lyram:
Quam manibus clypeos, & acutae cuſpidis haſtam,
Et galeam [34] preſſa [35] ſuſtinuiſſe coma.
[36] Sed tibi pro tutis inſignia facta placebant:
Partaque bellando gloria dulcis erat.
An tantum, [37] dum me caperes, fera bella [38] probabas?
Cumque mea patria laus tua [39] victa iacet?

DI

25 Nullam aliam a te eſſe amatam. *Gaudia* pro re venerea. Arbiter c. 132. p. 631 ed. Burmanni:
Nam quis concubitus, Veneris quis gaudia *neſcit?*
ubi vide interpp. 26 iurare nolles. 27 dolere me ereptam. 28 citharam pulſas & laetus es. 29 Diomeda, de qua Homerus agit. 30 periculoſa eſt. 31 cantus. 32 qualem pulſauit Orpheus in Thracia. 33 tractare, pulſare. 34 quae premat caput. 35 geſtare. 36 ſed antea fortia facta patrabas, licet tuto id haud poſſet fieri. 37 eo tempore, quo. 38 amabas. 39 an laudem fortitudinis parare deſinis poſtquam patriam meam viciſti?

[illegible] 30 [illegible]oque, precor, vibrata [31] lacerto
Tranſeat Hectoreum [32] Pelias haſta latus.
Mittite me, Danai; dominum legata rogabo:
Multaque [33] mandatis oſcula mixta feram.
Plus ego quam Phoenix, plus quam facundus Ulixes,
Plus ego quam [34] Teucri (credite) frater agam.
Eſt [35] aliquid collum ſolitis [36] tetigiſſe lacertis,
Praeſentisque [37] oculos admonuiſſe ſui.
Sis licet immitis, [38] Matrisque ferocior undis;
[39] Ut taceam, lacrimis [40] comminuêre meis.
Nunc [41] quoque (ſic [42] omnes Peleus pater impleat annos,
Sic eat auſpiciis [43] Pyrrhus in [44] arma tuis)
Reſpice ſollicitam Briſeida, fortis Achille;
Nec miſeram lenta ferreus [45] ure mora.

Aut

30 Dii hoc nolint, *das wolle der Himmel nicht*. 31 sc. tuo. 32 Theſſalica, a Pelio Theſſaliae monte. 33 rebus, quas in mandatis mihi dabitis. 34 Ajax. 35 non parum prodeſt. 36 amplexari. 37 proficiam, Achillem praeſentem admonere mei. 38 maris aqua. Thetis Achillis mater. 39 quamvis. 40 moueberis. 41 quum ad te non mittor. 42 quos natura homines inplent. 43 filius tuus ex Deidamia. 44 tam fortis evadat, ac tu. 45 crucia inmitis.

Aut, ſi verſus amor tuus eſt in taedia [46] noſtri;
Quam ſine te cogis vivere, coge [47] mori.
Utque facis, [48] coges. abiit [49] corpusque [50] colorque.
[51] Suſtinet [52] hoc animae ſpes tamen una tui.
Qua [53] ſi deſtituor, repetam [54] fratresque virumque:
Nec tibi [55] magnificum femina [56] iuſſa mori.
Cur autem [57] iubeas? ſtricto pete corpora ferro.
Eſt mihi, qui foſſo pectore ſanguis eat.
[58] Me petat ille tuus, qui, ſi [59] Dea paſſa fuiſſet,
Enſis in [60] Atridae pectus iturus erat.

Ah

[46] Mei. [47] neca, interfice. [48] me mori. [49] Corpus Latinis carnoſitatem notat. ſic noſter Amor. I, 6 5
Aptaque ſubducto corpore membra dedit.
ſubducere vero corpus, eſt detrahere de pinguedine, gracilem aliquem, deducto cibo, reddere. *Amittimus corpus*, quando maceſcimus. Contrarium eſt *corpus facere*, contrahere pinguedinem & corpulentiam. Vid. elegantiſſima Conlectanea in Phædrum, quibus pridem eruditum orbem donavit doctiſſimus *N. Diſſontinius*, voce *Corpus*, p. 176. [50] ruber ſc. palleo jam. [51] conſeruat, differt quaſi mortem meam. [52] vitam meam. [53] ſpe. [54] moriar, eum in locum me conferam, ubi vir fratresque mei commorantur. [55] glorioſum erit. [56] coacta. [57] ſc. mori. [58] ipſe me interfice, nec patere, aut jube mori. [59] Pallas, quae inpedimento fuit Achilli, ſtricto enſe in Agamemnona ruenti. [60] Agamemnonis.

Fac potius ſervam noſtram, tua [61] munera, vitam.
 Quod dederas [62] hoſti victor, amica rogo.
Perdere quos melius poſſis, [63] Neptunia praebent
 Pergama, materiam [64] caedis ab hoſte pete.
Me modo, ſive [65] paras impellere remige claſſem,
 Sive [66] manes, domini iure [67] venire iube.

---

61 Quam antea mihi donaſti, quum me captivam abduceres. 62 mihi, quae hoſtis tibi eram antea. 63 a Neptuno & Phœbo ædificata. 64 hoſtes interfice potius, non me amicam. 65 vis, conſtituiſti navigare in patriam. 66 in Graecorum caſtris. 67 venire ad te ut ſervam, non ut dominam ſeu conjugem, jube.

EPISTOLA. IV.

PHÆDRA HIPPOLYTO.

ARGUMENTUM.

Theſeus Aegei filius interemto Minotauro, Ariadnen Minos & Paſiphaës filiam, quam ob opem ſibi praeſtitam, uxorem accepturum promiſerat, ſimul cum Phaedra eius ſorore navi impoſita, ſecum abduxit. Verum Bacchi admonitione in Naxo, ſive, ut alii volunt

lunt, in Chio, inſula Ariadne relicta, Phaedram duxit. quae deinde abſente Theſeo in Hippolyti priuigni, quem ex Hippolyte Amazone acceperat, amorem exarſit. Qui quum coelibem ducens uitam ſeſe uenando exerceret, nec poſſet uti illius colloquio, hac epiſtola amorem ſuum indicauit, in qua illum callidis ſuaſionibus ad ſui amorem flectere conatur. & quum turpe ſit, priuignum a nouerca de ſtupro interpellari, principium ex inſinuatione ſumſit, in hunc modum.

QUa, niſi tu dederis, caritura eſt ipſa, [2] ſalutem
Mittit [3] Amazonio [4] Creſſa puella viro.
Perlege [5] quodcumque eſt. quid epiſtola lecta nocebit?
Te quoque, in hac aliquid, quod iuvet, eſſe poteſt.
[6] His arcana notis terra pelagoque feruntur:
Inſpicit acceptas hoſtis ab hoſte [7] notas.
Ter [8] tecum conata loqui, ter [9] inutilis haeſit
Lingua, ter in [10] primo deſtitit ore ſonus.

[11] Quæ

2 Structura verborum ea eſt: *Creſſa puella mittit ſalutem tibi viro Amazonio, qua ſalute ipſa caritura eſt, niſi eam tu illi dederis.* 3 Hippolyto, Hyppolytes Amazonis filio. 4 Phædra Cretenſis. 5 quidquid id eſt, quod hic ad te ſcripſi. 6 in epiſtolis arcana aliis aperimus. 7 litteras legit. 8 occurrit objectioni, quare coram non expoſuerit ſuum deſiderium, ejusque rei ſtatim reddit rationem. 9 non praeſtitit mihi ſuum officium. 10 quaſi in ſummis labris verba haeſerunt.

[11] Qua licet & [12] [illegible], pudor eſt [13] miſcendus amori.
Dicere quae p[illegible], ſcribere iuſſit [14] Amor.
Quidquid Amor [illegible] non eſt contemnere tutum.
Regnat, & in [illegible]minos [15] ius habet ille [16] Deos.
Ille [17] mihi prim[illegible]ubitanti ſcribere, dixit,
Scribe; dabit v[illegible]s [18] ferreus [19] ille manus.
[20] Adſit, &, ut no[illegible]ras [21] avido fovet igne medullas,
[22] Figat ſic animos in mea [23] vota tuos.
Non ego nequitia ſocialia [24] foedera rumpam.
Fama (velim queras) [25] crimine noſtra vacat.
Venit Amor [26] gravius, quo [27] ſerius. urimur [28] intus,

Uri-

11 Quantum. 12 in quantum quaſi obſequitur pudor. 13 cum amore conjungendus. 14 Cupido, in quem transfert culpam. 15 poteſtatem exercet ac imperium. 16 in dominos deos, i. e. in deos, Jovemque adeo ipſum, qui rerum domini ſunt. 17 Amor, Cupido. 18 ſi vel ſit duriſſimus. 19 Hippolytus. 20 mihi, faveat. 21 quo uſta avida ſum tui amoris. 22 ſagittis ſuis. 23 ut id facias, quod voveo, hoc eſt, redames. 24 conjugii cum Theſeo foedus. 25 impudicitiae ſc. 26 vehementius urit. 27 tardius, quo ſunt ſeniores & ætate provectiores, quos ille invadit. 28 in pectore, ſcriptamu & vehementer.

Urimur, & [29] caecum pectora vulnus habent.
Scilicet ut teneros laedunt juga [30] prima juvencos,
Frenaque vix patitur [31] de grege [32] captus equus;
Sic male vixque [33] ſubit primos [34] rude pectus amores;
[35] Sarcinaque haec animo non ſedet apta meo.
[36] Ars fit, ut a teneris [37] crimen condiſcitur annis.
Quae [38] venit exacto [39] tempore, [40] pejus amat.
Tu [41] nova ſervatae capies [42] libamina famae;
Et pariter noſtrûm fiet uterque [43] nocens.

Eſt

29 Occultum, utpote in pectore. 30 quae primum collis ipſorum aptantur. 31 nondum domitus, novus. 32 ſumtus. 33 ſe ſubmittit. 34 non exercitatum, quod eſt nondum amoris vim expertum. Noſter inf. ep. XI.

Et rudis ad partus, & nova miles eram.

35 hoc onus non bene convenit meo animo. 36 a teneris ſtatim incipiat, oportet, qui artem amandi cupit diſcere. 37 amoris nempe. 38 ad amorem ſc. quae incipit amare. 39 annis provectioribus. 40 vehementius, ita ut gravius amore urgeatur. 41 adhuc inviolata, prima. 42 Guſtamenta: tu primus delibabis cuſtoditam adhuc pudicitiam. 43 crimen contra pudicitiam noſtram uno & eodem tempore admittemus.

Eſt [44] aliquid, plenis [45] pomaria carpere [46] ramis,
Et tenui [47] primam [48] deligere [49] ungue roſam.
Si tamen ille prior, quo me ſine crimine geſſi,
[50] Candor ab [51] inſolita labe [52] notandus erat;
At bene ſucceſſit [53], digno [54] quod adurimur igni:
[55] Pejus adulterio turpis adulter abeſt.
Si mihi concedat Juno fratremque [56] virumque;
Hippolytum videar praepoſitura Jovi:
Jam quoque (vix credas) ignotas [57] nitor in artes:
Eſt mihi per ſaevas [58] impetus ire feras.
Jam mihi [59] prima Dea eſt, cornu [60] praeſignis adunco
[61] Delia, judicium [62] ſubſequor ipſa tuum.

In

44 Res eſt magni æſtimanda. 45 poma, continens pro contento, ſeu ſubjectum pro adjuncto. 46 dum adhuc rami arborum pleni pomis ſunt. 47 primum efflorescentem. 48 decerpere. 49 digito. 50 caſtitas. 51 inſueta. 52 ſemper magni faciendus & conſeruandus. 53 ſc. mihi. 54 amore me non indigno capta ſum. 55 non amo ac adulterium commiſſura ſum cum turpi homine, quae res ipſo adulterio pejor eſt. 56 i. e. ſuum Jovem, qui & frater ejus erat, & maritus. 57 cupida ſum artis, quam tu exerces, i. e. venationis. 58 volo ſectari feras. 59 praecipua. 60 cornu venatorio uti ſolita. 61 Diana, ab inſula Delo, ubi nata proditur, ſic adpellata. 62 imitor tuum judicium, quo putas colendam inprimis eſſe Dianam & venationem.

In nemus ire libet, [63] preſſisque in retia cervis,
[64] Hortari celeres per [65] juga ſumma canes:
Aut tremulum excuſſo jaculum vibrare lacerto;
Aut in graminea [66] ponere corpus humo.
Saepe juvat [67] verſare [68] leves in pulvere currus,
[69] Torquentem frenis ora [70] ſequacis equi.
Nunc [71] feror, ut Bacchi [72] furiis [73] Eleleïdes actae,
Quaeque ſub [74] Idaeo tympana colle [75] movent:
Aut [76] quas ſemideae [77] Dryades, [78] Faunique bicornes,

Numi-

63 Actis. 64 incitare, *hetzen*. 65 ut per juga ſumma currant ac feras perſequantur. 66 procumbere, ut ſolent venatores. 67 regere. 68 celeres. 69 moderantem. 70 docti frenis parentis, *zugeritten*. 71 agor inpetu animi. 72 inſania, adflatu numinis. 73 miniſtræ Bacchi, ita dictae ab Elea urbe, unde & Eleus ipſe Bacchus vocatus eſt. 74 Cybeles miniſtrae intelliguntur, quae deæ numine adflatae diſcurrebant quaſi furentes ab Ida Phrygiæ monte ad Olympum. 75 pulſant. ea enim erant in inſtrumentis in ſacris hiſce adhiberi ſolitis. 76 lymphatas dicit, hoc eſt, quae furebant viſis numinibus fontanis aut nemoreis. 77 Quercuum nymphae, a δρῦς, quercus, 78 ruſtica numina, caprorum effigie & cornibus.

Numine cont[illegible]as [79] attonuere ſuo.
Namque mihi referunt, cum ſe furor ille [80] remiſit,
Omnia, me [81] tacitam [82] conſcius urit Amor.
Forſitan hunc generis [83] fato [84] reddamus amorem;
Et Venus è tota gente [85] tributa petat.
Juppiter [86] Europen (prima eſt ea gentis [87] origo)
Dilexit, tauro [88] diſſimulante Deum.
[89] Paſiphaë mater, [90] decepto [91] ſubdita tauro,

Enixa

---

79 Attonitas & lymphatas reddidere. 80 ceſſavit. 81 celantem amorem. 82 cujus ſum conſcia, vel qui probe novit, ſe hujus furoris eſſe cauſſam. 83 fortunæ gentis. 84 tribuere poſſum. 85 mea ſc. toti genti meæ vult dominari. dominorum eſt enim petere tributa a parentibus. 86 Phœnicis fil. 87 meæ. 88 ita, ut ſub tauri forma lateret Jupiter. Vid. cum ceteris Palaephatum περὶ ἀπίστων c. 16. p. m. 77. & doctiſſimas P. Patris adnotationes. 89 etiam hic lege laudatum Palaephatum Paulumque ad eum Patrem c. 2. p. 25. ſeq. Verba quaedam e Palæphato proferemus. Μυθεύεται, inquit, ὅτι ἠράσθη ταύρου νεμομένου, ſc. Paſiphaë, Δαίδαλον δὲ ποιῆσαι βοῦν ξυλίνην, καὶ ἐγκλεῖσαι τὴν Πασιφάην εἰς αὐτήν. οὕτω δὲ τὸν ταῦρον ἐπιβάντα μιγῆσαι τῇ γυναικί. τὴν δὲ κυῆσαι παῖδα, ἔχοντα μὲν σῶμα ἀνδρὸς, κεφαλὴν δὲ βοός. 90 quia ligneæ vaccae incluſa erat Paſiphaë, & ſic taurus eam adſcendens decipiebatur. 91 ſuppoſita.

Enixa eſt utero crimen [92] onusque ſuo.
[93] Perfidus [94] Ægides, ducentia [95] fila ſecutus,
[96] Curva meae fugit tecta [97] ſororis ope.
En ego nunc, ne forte parum [98] Minoïa credar,
[99] In ſocias leges, ultima gentis, eo.
Hoc quoque fatale eſt: placuit domus [100] una duabus.
Me tua forma capit, capta [1] parente [2] ſoror [3],
[4] Theſides Theſeusque duas [5] rapuere ſorores,
Ponite de noſtra bina tropaea domo.
Tempore, quo vobis inita eſt [6] Cerealis [7] Eleuſin,
[8] Gnoſia me vellem detinuiſſet humus.

Tunc

92 Infame onus, i. e. Minotaurum. 93 ob non ſervatam Ariadnae datam fidem. 94 Theſeus fil. Aegei. 95 ex Labyrintho, in quo erat Minotaurus. 96 curva tecta, i. e. Labyrinthum inextricabilem & ambagibus plenum. 97 Ariadnes. 98 de Minois gente eſſe. 99 communibus legibus pareo, & amoris juri fio obnoxia, prout ceterae ex mea gente. 100 tua ſc. 1 eſt ſc. 2 Theſeo, tuo parente. 3 Ariadne. 4 Hippolytus. 5 fecere, ut eos amarent duae ſorores, ego nempe & Ariadne. 6 quo tu veniſti. 7 quae eſt Cereri ſacrata, & ubi ea colitur. 7 Urbs eſt Atticae, ſacris Cereris celebratiſſima.

Tunc mihi praecipue (nec [10] non tamen ante) placebas:
Acer in [11] extremis oſſibus haeſit amor.
Candida veſtis [12] erat, praecincti [14] flore capilli:
[15] Flava [16] verecundus tinxerat ora rubor.
Quemque vocant aliae vultum [17] rigidumque trucemque,
[18] Pro rigido, Phaedra judice, fortis erat.
Sint procul à nobis juvenes, ut femina, comti.
[19] Fine coli modico forma virilis [20] amat.
Te tuus iſte [21] rigor, poſitique ſine arte capilli,
Et [22] levis egregio pulvis in [23] ore [24] decet.
Sive ferocis equi luctantia colla [25] recurvas;
Exiguo flexos miror in [26] orbe [27] pedes.

Seu

9 GnoſosCretæ, Regia Minois erat, a qua *Gnoſia terra* Cretenſis eſt. 10 quamvis etiam antea mihi placueris. 11 intimis, in medulla. i. e. tum demum perdite cœpi te amare. 12 tibi ſc. indutus eras cand. veſte. 13 coronati. 14 corona e floribus facta. 15 albentia. 16 verecundiam indicans. 17 ſeveriorem. 18 non rigidus a me iudicabatur, ſed fortis ſc. prodens fortitudinem. 19 parcius. finis h. l. modus eſt & menſura. 20 vult, debet, ſolet. 21 ſeveritas, *dein ernſthafftes Weſen.* 22 tenuis pulvis, de arte & exercitiis tuis teſtans. 23 facie. 24 *ſtehet dir wohl an.* 25 moderatis, regis. 26 ſpatio. 27 equi ſcil.

Seu vaſtum valido torques [28] haſtile lacerto;
[29] Ora [30] ferox in ſe verſa lacertus habet.
Sive tenes lato venabula [31] cornea ferro.
Denique, noſtra [32] juvat lumina, quidquid agas.
Tu modo duritiem ſilvis depone jugoſis:
Non ſum [33] materia digna perire tua.
Quid juvat [34] incinctae [35] ſtudia exercere Dianae;
Et Veneri [36] numeros eripuiſſe ſuos?
Quod caret alterna requie, durabile non eſt.
[37] Haec reparat vires, feſſaque membra [38] novat.
Arcus, (& arma tuae tibi ſunt imitanda Dianae,)
Si numquam ceſſes tendere [39], mollis [40] erit.
Clarus erat ſilvis [41] Cephalus. multaeque per herbam
Conciderant. illo percutiente, ferae.

Nec

28 Jaculandi arte exerceris. 29 faciem, oculos, me, in te convertis. 30 fortis. 31 ex arbore corno confecta & ferro lato munita. 32 oblectat. 33 cauſſa. q. d. materiam habes in ſilvis, qua duritiem tuam monſtras, ego vero ad eam materiam non pertineo. 34 cinctae, expeditae. cincta enim Diana in veteribus monimentis conſpicitur. 35 h. e. venationem. 36 id Veneri non tribuere, quod ipſi debetur. *numeros* forte pro amoris gradibus ponit. 37 requies. 38 reficit. 39 ſcil. arcus tuos. 40 inutilis, ineptus ulteriori uſui. 41 Athenienſis, cui Procris uxor erat.

Nec tamen Aurorae [42] male ſe praebebat amandum.
Ibat ad hunc [43] ſapiens a [44] ſene [45] Diva viro.
Saepe ſub ilicibus Venerem, [46] Cinyraque creatum,
Suſtinuit [47] poſitos quaelibet herba duos.
Arſit & [48] Oenides in [49] Maenalia Atalanta.
[50] Illa ferae [51] ſpolium pignus amoris habet.
Nos quoque jam primum [52] turba numeremur in iſta.
Si Venerem [53] tollas, ruſtica [54] ſilva tua eſt.
Ipſa comes veniam; nec me ſalebroſa movebunt
Saxa, nec [55] obliquo dente timendus aper.
Aequora bina ſuis [56] oppugnant fluctibus [57] Iſthmon.

Et

42 Libenter amabat Auroram. 43 ſapiens prudensque, dum, ſenis loco, iuvenem amabat. 44 Tithono marito, Laomedontis fil. qui Memnona genuit ex Aurora. 45 Aurora. 46 Adonin, Cinyrae fil. 47 una cubantes & indulgentes amori. 48 Meleager Oenei fil. 49 Arcadica, a Maenalo Arcadiae monte. 50 Atalanta. 51 Calydonii apri caput, quod dedit ipſi Meleager amoris pignus. 52 inter eos numeremur, qui & venationi & amori indulſere una. 53 niſi ames. 54 non jucunda ſatis & pulcra eſt ſilva ſc. venandi exercitium. 55 curvo, oblique feriente. 56 feriunt, alluunt. 57 Auguſtam terram Achaiae.

Et tenuis [58] tellus audit utrumque [59] mare.
Hic tecum [60] Troezena colam, [61] Pittheïa regna.
Jam nunc eſt patria gratior [62] illa mea.
[63] Tempore abeſt, aberitque diu [64] Neptunius heros.
Illum [65] Pirithoï detinet ora ſui.
Praepoſuit Theſeus (niſi ſi manifeſta negamus)
Pirithoum Phaedrae, Pirithoumque tibi.
Sola nec haec nobis injuria [66] venit ab illo.
In [67] magnis laeſi rebus uterque ſumus.
Oſſa mei [68] fratris clava perfracta trinodi
Sparſit humi, [69] ſoror eſt praeda relicta [70] feris.
[71] Prima ſecurigeras inter virtute puellas
Te peperit, nati digna vigore parens.
Si quaeras, ubi [72] ſit; Theſeus latus enſe [73] peregit:
Nec tanto mater [74] pignore tuta fuit.

---

58 Iſthmus. 59 ſonum fluctuum. 60 urbem Iſthmo Achaiae. 61 ubi regnat Pittheus, avus matern[us] Theſei. 62 Trœzen urbs. 63 in tempore, opportun[o]. 64 Theſeus, qui ſe dixit Neptuni fil. 65 Pirithous amic[us] fuit Theſei, & rex orae Theſſaliae, circa Peneum. 66 [ne]que ea tantum nos adfecit injuria. 67 majoribus in reb[us]. 68 Minotauri, quem Theſeus interfecit. 69 Ariadne. [70] in inſula Naxo. 71 praecipua Amazonum Hippolyte. [72] ſc. mater tua. 73 trucidavit eam gladio. 74 nec ma[ter] tuae pepercit propter te tantum filium.

Atne nupta 75 quidem, taedaque accepta jugali.
Cur 76 ? niſi ne 77 caperes regna paterna nothus.
78 Addidit & fratres ex me tibi : quos tamen omnes
Non ego 79 tollendi cauſſa, ſed ille fuit.
O utinam nocitura tibi, pulcherrime rerum,
In medio 80 niſu viſcera 81 rupta forent!
I nunc, ſic 82 meriti lectum 83 reverere parentis;
Quem 84 fugit, & factis 85 abdicat ille ſuis.
Nec, quia privigno videar 86 coïtura noverca,
87 Terruerint animos nomina 88 vana tuos.

89 Iſta

75 Non duxit matrem tuam Hippolytam uxorem. 76 cur id fecit? 77 ne poſſes ſuccedere illegitime natus. 78 præterea ex me filios alios genuit, Demophoonta & Antilochum, vel Acamanten. 79 educandi. tollebant enim liberos humi poſitos patres, quos educari volebant. 80 partu. 81 utinam forem mortua in partu. 82 tam bene de te meriti, Ironice, i. e. peſſime. 83 ne viola. itidem ironice. h. e. eodem iure violare potes lectum ejus, quo tibi tantopere ille nocuit. 84 lectum ſc. 85 repudiat, eo ſe indignum monſtrat factis ſuis. 86 concubitum privigni peto. 87 abſterreant te, quo minus mecum coëas 88 privigni nempe & nouercae, quae vana ſunt hac in cauſſa & cogitari non debent.

[89] Iſta vetus [90] pietas, aevo [91] moritura futuro,
[92] Ruſtica Saturno regna tenente [93], fuit.
Juppiter eſſe [94] pium ſtatuit, quodcumque [95] juvaret:
Et fas [96] omne facit [97] fratre marita ſoror.
[98] Illa coït firma generis junctura catena,
Impoſuit nodos cui Venus ipſa ſuos.
Nec labor [99] eſt; celare [100] licet. pete munus ab [1] illa.
Cognato poterit nomine [2] culpa tegi.
Viderit [3] amplexos aliquis; laudabimur ambo.
Dicar privigno [4] fida noverca meo.
Non tibi per [5] tenebras dabitur reſeranda mariti
Janua, non cuſtos decipiendus erit.

[6] Ut

---

89 Contemtum pronomen hoc indicat. 90 religio concubitus inter adfines. 91 quam vix aliquis obſervaturus erit in poſterum. *Darauf die galante VVelt künfftig nicht regardiren wird.* 92 inculte. 93 ctinuit. 94 licitum eſſe voluit. 95 libitum fuerit, oblectaret. 96 rectum juſtumque facit ſoror fratri nubens. 97 per fratrem marita facta. 98 illa coniunctio iuſta & firma eſt, cuius auctor fuit. 99 nec opus eſt hic maguo labore. 100 noſtrum amorem. 1 a Venere pete, ut liceat celare noſtram conſuetudinem. 2 amabimus, ita ut crimen tegatur cognationis nomine. 3 ſi viderit, licet viderit noſtros amplexus. 4 bona, quod dici de noverca raro ſolet. 5 noctu.

[6] Ut tenuit domus una duos, domus una tenebit.
Oſcula aperta [7] dabas, oſcula aperta dabis.
Tutus eris mecum, laudemque merebere culpa;
Tu licet in lecto conſpiciare meo.
Tolle moras tantum, properataque [8] foedera junge.
Qui mihi nunc [9] ſaevit, ſic tibi parcat Amor.
Non ego dedignor ſupplex humiliſque precari.
Heu! ubi nunc faſtus, altaque verba, [10] jacent?
Et pugnare diu, nec me ſubmittere culpae
[11] Certa fui: certi ſi [11] quid haberet Amor.
[12] Victa precor, genibuſque tuis regalia tendo
Brachia: quid [13] deceat, non videt ullus amans.

[14] De-

6 Ut nemo adhuc mali quid de nobis ſuſpicatus eſt, ita. *reliqua*. 7 ſc. antea, amoris liciti cauſſa, dabis etiam coram omnibus, & amorem alium mihi teſtantia. 8 propediem concumbe mecum. 9 me nimium cruciat. 10 amor fecit, ut faſtus jam omnis & verba eum teſtantia abſint a me. 11 conſtitui. 11 ſi per amorem, qui inconſtans & leuis eſt, liceret. 12 amore ſc. 13 honeſtum ſit aut decorum.

[14] Depuduit, profugusque pudor ſua ſigna relinquit.
Da veniam [15] faſſae, duraque corda doma.
[16] Quo mihi, quod genitor, qui poſſidet [17] aequora, Minos?
Quod veniant [18] proavi fulmina torta manu?
Quod ſit avus, [19] radiis [20] frontem vallatus acutis,
[21] Purpureo tepidum qui [22] movet axe diem?
Nobilitas ſub Amore [23] jacet. miſerere [24] priorum:
Et, mihi ſi non vis parcere, parce meis.
Eſt mihi dotalis tellus, Jovis [25] inſula, Crete,

Ser-

14 Pudorem abieci. Ita III. Am. El. X.
Et quae depuduit ferre, tuliſſe pudet.

15 mihi, quae confeſſa tibi hoc ſum. 16 quid mihi prodeſt? 17 Cretae ceteriſque maris inſulis dominatur. 18 quod a Jove, qui fulmina torquet, generis mei origo derivatur. 19 Phoebus. 20 ad frontem quod adtinet, circa frontem. 21 rubicundo, pulcro curru. 22 qui facit, ut illuceſcat, diem quaſi advehit. 23 vicit amor nobilitatem meam. 24 maiorum meorum. hos reſpice, propterque eos votis meis ſatisfaciendum eſſe exiſtima. 25 in qua Jupiter eſt educatus & mortuus adeo. *Minucius Felix* Octav. c. 22, 12, p. 82. ed. Cellarii: Jupiter Cretae, excluſo parente, regnavit, illic obiit, illic filios habuit, adhuc antrum Jovis viſitur, & ſepulcrum eius oſtenditur, & ipſis ſacris ſuis humanitatis arguitur. Adde, ſi placet, *Lucianum* Timone p. m. 69 & ibi *Barlaeum*. Lactant. I. Inſtit. XI, 46. Melan. II, 7.

Serviat Hyppolyto regia tota meo.
Flecte feros animos. potuit [26] corrumpere taurum
[27] Mater. eris tauro ſaevior ipſe truci?
Per Venerem, parcas, oro, quae plurima [28] mecum eſt:
Sic numquam, [29] quae te ſpernere poſſit, ames.
Sic tibi ſecretis [30] agilis Dea ſaltibus adſit,
Silvaque [31] perdendas praebeat alta feras.
Sic faveant Satyri, montanaque numina Panes:
Et cadat [32] adverſa cuſpide foſſus aper.
Sic tibi dent Nymphae (quamvis odiſſe puellas
Diceris) [33] arentem quae levet unda ſitim.
Addimus his lacrimas precibus quoque: verba precantis
Perlegis; at lacrimas finge videre meas.

EPI.

26 Eo adducere, ut coiret ſecum. 27 ſc. mea, Paſiphae. 28 mihi plus ſatis adeſt & amore me cruciat. 29 ſc. aliquam feminam, quae te poſſit abhorrere aut fallere. 30 Diana velox tibi faveat. 31 ſuppeditet tibi feras conficiendas. 32 oppoſita. 33 ex ariditate faucum ortam.

EPISTOLA V.
OENONE PARIDI.

ARGUMENTUM.

Quum Hecuba Ciſſei filia, & Priami uxor grauida eſſet, ardentem facem totam Troiam comburentem ſe parere ſomniauit. Territus itaque Priamus oraculum conſuluit, a quo quum accepiſſet, oriturum filium, qui patriae eſſet exitio, quam primum partus ederetur, iuſſit interfici. Hecuba vero quum puerum, qui poſtea Paris dictus eſt, peperiſſet, materna pietate mota paſtoribus regiis alendum mandauit. Is autem quum iam adoleſceret, Oenonem nympham adamauit, atque ut aliquibus placet, uxorem duxit. Sed quum Juno, Pallas & Venus de pulcritudine contenderent, propter aureum pomum, in quo ſcriptum erat : detur pulcriori, *ab Joue ad Paridis arbitrium remiſſae ſunt. Cui quum Juno regnum, Pallas ſapientiam, Venus uoluptatem & mulierum pulcerrimam permiſiſſet, pro Venere ſententiam tulit. Qui deinde a patre cognitus & in gratiam ſuſceptus Sparten nauigans Helenam, Menelai uxorem, rapuit, eamque Troiam abduxit. Quod quum Oenone reſciuiſſet, hac epiſtola de eius perfidia conquerendo Helenam Graecis reddi & ſe recipi ſuadet.*

Perle.

PErlegis? an conjux [2] prohibet nova? perlege: non eſt
Iſta [3] Mycenaea litera facta manu.
[4] Pegaſis Oenone, Phrygiis celeberrima ſylvis,
Laeſa queror de te, ſi ſinis ipſe, [5] meo.
Quis Deus [6] oppoſuit noſtris ſua numina votis?
Ne tua [7] permaneam, quod mihi crimen obeſt?
Leniter, ex merito quidquid patiare, ferendum eſt:
Quae venit [8] indignae poena, dolenda venit.
Nondum [9] tantus eras, cum, te contenta marito,
Edita de magno [10] flumine Nympha, fui.
Qui nunc [11] Priamides, (adſit [12] reverentia vere)
Servus eras. ſervo nubere Nympha [13] tuli.
Saepe greges inter requievimus [14] arbore tecti;
Mixtaque cum foliis praebuit herba torum.
Saepe

---

2 Helena, quam duxiſti non ita pridem uxorem. 3 Menelai aut Agamemnonis. Mycenae enim urbs Peloponneſi, Agamemnonis & Menelai, hoſtium Paridis, patria. 4 fontium Nympharum una, πηγὴ enim fons eſt. Oenone autem Xanthi fluminis filia erat. 5 conjuge. 6 contrarium nobis fuit ſua poteſtate. 7 ſc. conjux. 8 non meritae. 9 tam magnus. 10 vel Xantho, vel Crebrenide. 11 Priami fil. diceris. 12 verum liceat dicere. 13 aequo tibi animo nupſi, contenta ſe ſervo ſui. 14 umbra arboris.

Saepe ſuper ſtramen, foenoque [15] jacentibus alto
Defenſa eſt humili cana pruina caſa.
Quis tibi monſtrabat ſaltus venatibus aptos;
Et tegeret catulos qua fera rupe ſuos?
Retia ſaepe comes, [16] maculis diſtincta, tetendi;
Saepe citos [17] egi per juga longa canes.
Inciſae [18] ſervant à te mea nomina fagi:
Et legor Oenone, falce [19] notata, tua:
Et quantum [20] trunci, tantum mea nomina [21] creſcunt:
Creſcite, & in [22] titulos ſurgite [23] recta meos.
Populus eſt (memini) fluviali [24] conſita ripa,
Eſt in qua noſtri litera ſcripta memor.
Popule, vive precor, quae conſita margine ripae,
Hoc in [25] rugoſo cortice [26] carmen habes:
Cum Paris Oenone poterit [27] ſpirare relicta,
Ad fontem Xanthi [28] verſa recurret aqua.

Xan-

---

15 Nos jacentes ſuper ſtramen & in fœno in caſa humili defendimus eos a pruina. 16 nodis. Nemo, niſi ego, artem venandi te docui. 17 incitavi. 18 habent adhuc. 19 cultro ſcripta. 20 fagorum, *die Stämme.* 21 iis ſc. inciſa. 22 ut teſtemini, me fuiſſe conjugem Paridis. 23 erecta. ſc. nomina. 24 poſita, quae crevit. 25 rugis pleno. 26 hos verſus, de Oenones & Paridis amore teſtantes. 27 vivere. 28 reverſa.

Xanthe, retro propera; verſaeque recurrite lymphae;
[29] Suſtinet Oenonen deſeruiſſe Paris.
Illa [30] dies fatum miſerae mihi dixit: ab illa
Peſſima mutati coepit amoris [31] hiems:
Qua Venus & Juno, ſumtisque decentior armis
Venit in arbitrium [32] nuda Minerva tuum.
Attoniti micuere ſinus, gelidusque cucurrit,
[33] Ut mihi narraſti, dura per oſſa tremor.
Conſului (neque enim [34] modice terrebar) anusque,
Longaevosque ſenes: [35] conſtitit eſſe nefas.
Caeſa [36] abies, ſectaeque trabes, &, claſſe [37] peracta,
Caerula [38] ceratas accipit unda rates.
Fléſti diſcedens: hoc ſaltem [39] parce negare.
[40] Praeterito magis eſt [41] iſte pudendus amor.

Et

29 Audet, potuit deſerere. 30 illa dies mihi fatum tulit; dixit fatalem quaſi ſententiam, illa die calamitas & malum meum cœpit. 31 Metaph. mutatus amor fuit, diſſidium inter nos ortum eſt. 32 judicium tuum de pomo. 33 quum narrares mihi, te judicem fore & arbitrum Dearum. 34 parum. 35 cognovi, portendi quid ſiniſtri. 36 ſc. eſt. Singul. pro pl. 37 perfecta. 38 pice illitas. 39 noli. 40 quam meus, qui ceſſavit. 41 Helenae amor turpior tibi eſt.

Et fleſti, & noſtros vidiſti flentis ocellos.
Miſcuimus lacrimas mœſtus uterque ſuas.
Non ſic adpoſitis [42] vincitur vitibus ulmus,
[43] Ut tua ſunt collo brachia nexa meo.
Ah quoties, cum te vento quererere [44] teneri,
[45] Riſerunt comites! ille ſecundus erat.
Oſcula [46] dimiſſae quoties repetita dediſti!
Quam vix [45] ſuſtinuit dicere lingua, Vale!
[48] Aura levis [49] rigido pendentia lintea malo
[50] Suſcitat; & remis [51] eruta [52] canet aqua.
Proſequor infelix oculis abeuntia vela,
Qua licet; & lacrimis humet [53] arena meis.
Utque celer [54] venias virides [55] Nereïdas oro.
[56] Scilicet ut venias in mea damna celer.
[57] Votis ergo meis [58] alii rediture rediſti?
Hei mihi, pro dira pellice [56] blanda fui!
[60] Adſpicit immenſum moles [61] nativa profundum;
Mons [62] fuit: aequoreis illa [63] reſiſtit aquis.
[64] Hinc

[42] Illigatur adpoſitis vitibus. [43] quemadmodum me amplexus es. [44] inpediri, retineri. [45] quia verum id non erat, te vento minus ſecundo inpediri, teque pigebat a me diſcedere. [46] iam ex amplexibus dimiſſae mihi. [47] potuit. [48] incipiebat provehi navis. [49] firmo. [50] extendit in ſinus. [51] pulſata. [52] albeſcit ſpuma. [53] lacrimae procidunt in arenam. [54] redeas celeriter. [55] Nymphas marinas, Nerei filias. [56] quaſi irridet ſe, dicitque reditum ſe Paridis damnoſum ſibi optaſſe. [57] per vota mea. [58] Helenae ſc. [59] precata ſum pro pellice. [60] proſpicit, verſa eſt. [61] promontorium Sigæum. [62] illa nempe moles nativa. [63] repellit fluctus maris.

[64] Hinc ego vela tuae cognovi prima carinae :
Et mihi per fluctus impetus ire fuit.
Dum moror, in ſumma [65] fulſit mihi purpura prora,
Pertimui : [66] cultus non erat ille tuus.
Fit propior, terrasque cita ratis attigit aura :
[67] Femineas vidi, corde tremente, genas.
Non ſatis [68] id fuerat : [69] quid enim furioſa morabar ?
Haerebat graemio [70] turpis amica tuo.
Tunc vero rupique [71] ſinus,& pectora [72] planxi,
Et ſecui [73] madidas ungue rigente genas :
Implevique ſacram querulis ululatibus [74] Iden.
Illinc has [75] lacrimas in mea [76] ſaxa tuli.
Sic [77] Helene doleat, deſertaque [78] conjuge ploret;
Quaeque prior nobis [79] intulit, ipſa ferat.

Nunc

64. ex ea mole, ex Sigæo prom. 65 conſpexi Helenam purpura ornatam. 66 veſtis. 67 feminam. 68 me videre feminam quamdam, i. e. Helenen. 69 propter quid. q. d. non morari debebam & mirari ac adſpicere tantum feminam ; alia videnda mihi erant, ipſa ſc. hærens in tuo gremio. 70 quia rapta erat. 71 veſtem. 72 tutudi, percuſſi, pulſavi. 73 lacrimis nempe. 74 in monte Ida, ob cærimonias & ſacra Cybeles ululabam. 75 ſequentes diras inprecationes cum lacrimis factas. 76 montis Idae, quae ſunt conſcia amoris noſtri priſtini. 77 ut ego iam. 78 a conjuge. 79 iniuriam eamdem, quam intulit mihi, patiatur.

Nunc tibi [80] conveniunt, quae te per aperta ſequantur
Aequora, legitimos [81] deſtituantque toros.
At cum pauper eras, armentaque paſtor agebas,
Nulla, niſi Oenone, pauperis uxor erat.
Non ego miror opes, nec me tua regia [82] tangit,
Nec de [83] tot Priami dicar ut una nurus.
[84] Non tamen ut Priamus [85] Nymphae ſocer eſſe recuſet;
Aut Hecubae fuerim [86] diſſimulanda nurus.
Dignaque ſum, & cupio fieri matrona [87] potentis.
Sunt mihi, quas [88] poſſint ſceptra decere, manus.
Nec me, faginea [89] quod tecum fronte jacebam,
Deſpice: purpureo ſum [90] magis apta toro.

Deni-

80 Placent nunc tibi mulieres. nunc aptae tibi ſunt, quia jam diceris Priami filius. 81 viros iuſto ſibi matrimonio innectos deſerant. 82 adficit, movet. 83 nuribus ſc. 84 non eſt cauſſae quid, ut. 85 meus ſocer, quae Nymphe ſum. 86 pudenda. 87 tui: digna te & coniugio tuo ſum, cupioque eſſe uxor tua, qui nunc es potens. 88 non inepta ſum regina eſſe. 89 aut ſub fagis, aut in toro faginis frondibus facto. 90 i. e. potui quidem tecum iacere ſub arboribus & in gramine, ſed magis apta ſum purpureo regioque toro.

Denique, tutus amor [91] meus eſt tibi. nulla parantur
Bella, nec [92] ultrices advehit unda rates.
[93] Tyndaris infeſtis fugitiva repoſcitur armis.
[94] Hac venit in thalamos dote ſuperba tuos.
Quae [95] ſi ſit Danaïs reddenda, vel Hectora fratrem,
Vel cum Deiphobo Polydamanta roga.
Quid gravis Antenor, Priamus quid cenſeat ipſe,
[96] Conſule; quis aetas longa magiſtra fuit.
Turpe [97] rudimentum, patriae praeponere raptam.
Cauſſa [98] pudenda tua eſt; juſta [99] vir arma movet.
Nec tibi, ſi [100] ſapias, fidam promitte [1] Lacaenam,
Quae ſit in amplexus tam [2] cito verſa tuos.

Ut

91 Tuto potes me uxorem habere. 92 ulturæ raptum Helenes. 93 Tyndari, ut putabatur, ex Laeda filia, Helene. 94 haec quaſi dos eius eſt, ut nunc vi repetatur ac bellum quaſi tibi adferat. 95 an ſit reſtituenda. 96 quaere, interroga. 97 res, inſtitutio. turpis doctrina, quae dicit, præponi debere toti patriæ raptam mulierculam. 98 iniuſta eſt. 99 Menelaus, Helenae maritus. 100 niſi eſſe ſtultus velis. 1 Helenam, quae ſic dicitur a Laconia, unde erat. *Lacon, Lacæna*, ex Laconia. 2 quae tam cito ſe rapi à te paſſa eſt.

Ut minor [3] Atrides [4] temerati foedera lecti
Clamat, & [5] externo laeſus amore dolet;
Tu quoque clamabis. Nulla reparabilis arte
Laeſa pudicitia eſt: [6] deperit illa ſemel.
[7] Ardet amore tui: [8] ſic & Menelaon amavit.
Nunc jacet in viduo [9] credulus ille toro.
Felix [10] Andromache, [11] certo bene nupta marito!
[12] Uxor ad exemplum fratris habenda fui.
Tu levior foliis, tunc cum, ſine [13] pondere ſucci,
Mobilibus ventis arida facta, volant.
Et [14] minus eſt in te, quam ſumma pondus ariſta,
Quae levis adſiduis [15] ſolibus uſta [16] riget.
Hoc tua (nam [17] recolo) quondam [18] germana [19] canebat,
Sic mihi [20] diffuſis vaticinata comis:

Quid

3 Menelaus, Agamemnone junior. 4 violati a te lecti fœdus dolet. 5 tuo, peregrino. 6 ſemel tantum perit, reſtitui & bis terue perire nequit. 7 At, aliquis dicat, maxime amat eum Helena. 8 reſpondet ad priora. 9 qui credidit perpetuum & conſtantem fore Helenes amorem. 10 Hectoris uxor. 11 fido, conſtanti. 12 debebas me, ut frater Hector, conſtanter retinere. 13 quum ſuccus eorum evanuit, cumque eo ipſorum pondus. 14 minus pondus. levior es ariſta, quae facile huc illucque a vento movetur & abripitur. 15 calore ſolis continuo. 16 arida eſt. 17 recordor. 18 ſoror Caſſandra. 19 divinabat. 20 per humeros ſparſis, more vaticinantium.

Quid facis, Oenone? quid arenae ſemina [21] mandas?
  Non [22] profecturis litora bubus aras.
Graja [23] juvenca venit, quae te, patriamque, domumque
  Perdat. iö [24] prohibe: Graja juvenca venit.
Dum [25] licet, [26] obſcaenam ponto, Dî, mergite puppim.
  Heu quantum [27] Phrygii ſanguinis illa [28] vehit!
[29] Dixerat. in [30] curſu famulae rapuere furentem;
  At mihi flaventes [31] diriguere comae.
Ah nimium vates miſerae mihi vera fuiſti?
  Poſſidet en ſaltus illa juvenca meos.
Sit facie quamvis inſignis, adultera certe eſt.
  Deſeruit ſocios, [32] hoſpite capta, Deos.

Illam

21 Vanam rem facis, amas fruſtra Paridem. 22 fruſtra laborantibus. 23 Helene, laſcivior quaſi bucula. 24 ſc. ne veniat. Schema eſt ἐπαναλήψεως. 25 dum nondum provecta eſt ad littus. 26 obſcænam vehentem mulierem, vel male ominantem. 27 quam portendit illa, bello plurimos eſſe perituros, ob Helenen ſcil. 28 puppis. 29 ſc. Germana tua Caſſandra. 30 in furoris curſu rapiebant ad ſe famulae & juſſu Priami ſeducebant. 31 ex metu factae quaſi ſunt rigidae & erigebantur. *Die Haare ſtunden mir zum Berge.* 32 amore tui, hoſpitis.

Illam [33] de patria Theſeus, (niſi nomine fallor)
Neſcio [34] quis Theſeus, abſtulit ante ſua.
A juvene & [35] cupido credatur [36] reddita virgo.
Unde hoc compererim tam bene, quaeris? [37] amo.
Vim licet [38] appelles, & culpam nomine veles;
Quae [39] toties rapta eſt, [40] praebuit ipſa [41] rapi.
At manet Oenone fallenti caſta marito:
[42] Et poteras falli legibus ipſe tuis.
Me Satyri celeres (ſylvis ego tecta latebam)
Quaeſierunt [43] rapido, turba proterva, pede:
Corniger umque caput pinu [44] praecinctus acuto
Faunus, [45] in immenſis qua [46] tumet Ida jugis.

Me

33 E patria ſua. 34 mihi ignotus. 35 amore flagrante. 36 q. d. non poteſt aut debet credi reddita fuiſſe virgo. 37 amor me id docuit, qui amant, facile ea, quae de Helene dixi, ſuſpicari poſſunt. 38 quod rapta a Theſeo eſt. 39 invidioſe. nam tantum bis rapta fuit, 40 voluit. praebuit ſe rapiendam. 41 rapi, i. e. facultatem, occaſionem, qua raperetur. 42 licet more tuo ipſa etiam alium poſſim amare. 43 celeri. 44 pineam coronam gerens. 45 ſc. me quaeſivit. 46 adſurgit, adtollitur.

Me fide conſpicuus [47] Trojae munitor amavit.
Illac meae ſpolium [48] virginitatis habet.
Id quoque [49] luctando rupi tamen ungue capillos,
Oraque ſunt digitis [50] aſpera facta meis.
Nec pretium ſtupri gemmas aurumve popoſci.
Turpiter ingenuum [51] munera corpus emunt.
Ipſe, ratus [52] dignam, medicas mihi [53] tradidit artes;
[54] Admiſitque meas ad ſua [55] dona manus.
Quaecumque herba potens ad opem [56], radixque [57] medenti
Utilis in toto naſcitur orbe, mea [58] eſt.

Me

47 Phœbus, qui cum Neptuno Troiae muros ſtruxiſſe fertur. 48 ſpoliavit me virginitate, vi compreſſit, interfecit virginitatem meam. 49 Idque fecit luctando, i. e. me pugnante. 50 vulnerata ſunt. faciem ſecui unguibus, erepta mihi virginitate. monſtrat, quam caſta fuerit. 51 munera emunt corpus, h. e. viros muneribus ſibi ad amorem conciliare, turpe eſt & meretricum, indignumque ingenua muliere. 52 dignam judicans. 53 medendi me artem docuit. 54 adhibuit, permiſit, ut artem medendi diſcerem. 55 medicam artem. 56 ægrotis ferendam. 57 medicam exercenti artem. 58 mihi ſubiecta & cognita.

Me miſeram, quod amor non eſt medicabilis herbis!
Deficior [59] prudens artis ab arte mea.
Ipſe [60] repertor opis vaccas paviſſe [61] Pheraeas
Fertur, & a [62] noſtro ſaucius igne fuit.
Quod neque graminibus tellus fecunda creandis,
Nec Deus [63], auxilium tu [64] mihi ferre potes.
Et potes, & merui. dignae miſerere puellae.
Non ego cum Danaïs arma cruenta fero.
Sed tua ſum, tecumque fui [65] puerilibus annis:
Et tua, quod ſupereſt [66] temporis, eſſe precor.

EPI-

59 Perita artis medicae ab ea auxilium amoris morbo petere non poſſum. 60 Apollo. 61 Theſſalicas, nam Pherae Theſſaliae oppidum erat. Pauit vero Apollo Admeti Theſſaliae regis vaccas, Amore Alceſtidis Peliae filiae, captus. 62 mei amore captus fuit. 63 Phoebus ſc. ferre poteſt. 64 Paris. 65 puellaribus, a primis annis. 66 per id temporis, quo reliquum mihi eſt.

EPISTOLA VI.
HYPSIPYLE JASONI.
ARGUMENTUM.

Monitus erat oraculo Pelias Neptuni filius, tunc illi propinquam fore mortem, quum patri ſacrificanti aliquis pede nudo ſibi ſuperuenerit. Itaque quum annua ſacra peragenti Jaſon Æſonis filius, eiuſque nepos, dimiſſo in limo Ananti fluuii calceamento, ad ſacra properans altero pede exuto occurriſſet: Pelias oraculi memor Jaſoni ſuaſit, ut Colchos iret, aureum uellus quaeſiturus, ſperans, illic eum periturum, quod audiſſet opus eſſe humanis uiribus inſuperabile. Jaſon autem ueluti magnanimus, expeditionem libenter adſumens, ac multis Graeciae nobilibus conuocatis, Argo nauem ex Pegaſo Theſſaliae ſinu ſoluens, in Lemnum inſulam delatus eſt: ubi quum mulieres uiros omnes communi conſilio una nocte interemiſſent, Hypſipyle Thoantis filia, quem ſub falſa mortis ſimulatione ſaluauerat, tunc imperium occupabat: quae Jaſonem & hoſpitio & lecto liberaliſſime excepit. Verum iam duobus annis peractis, orantibus ſociis, & exigente tempore, ut praedictam expeditionem perficeret, Hypſipylen praegnantem relinquens, Colchos nauigavit. ubi arte Medeae dracone ſopito

tauris-

taurisque ſuperatis, aureum illud uellus adeptus ipſam ſecum abduxit. Quare Hypſipyle Medeam ſibi praelatam dolens hac epiſtola Jaſonide proſpero reditu congratulando, in contemtum, eius crudelitatem atque incantationes execrans, uertere nititur. Poſtremo in Jaſonem & Medeam inprecatur.

Litora Theſſaliae reduci tetigiſſe carina
Diceris, [2] auratae vellere dives ovis.

Gra-

2 Vellere aureo, re in antiquorum libris decantatiſſima. Catullus epithal. Thetidis & Pelei p. 176. ed. Voſſianae:

Quum lecti iuvenes Argivae robora pubis,
Auratam optantes Colchis avertere pellam.

ad quae ita *Iſaac Voſſius*, doctus, Jupiter, & eruditus vir. Licet, inquit p. 189. vellere aureo nihil ſit notius, quum in vett. ſcriptorum & praecipue Poëtarum libris utramque faciat paginam; neminem tamen hactenus inveni, qui cauſſam & originem hujus fabulae, quae, ut ceterae non ex nihilo eſt orta, ſolide ſatis tradiderit. Chymici auri conficiendi rationem Colchis notam fuiſſe volunt. Verum ut nugas mittamus, haec omnino fabulae de aureo vellere veriſſima eſt ratio, quod ut nunc, ita quoque olim & omnibus ſaeculis, non praecipuae tantum, ſed & ſolae Colchorum opes in pretioſarum pellium, & praeſertim Zibellinarum, ut vulgo vocantur, ſitae fuerint commercio. Pelles iſtae ex vicina Colchis Iberia deferebantur, nec tamen ibi proveniebant, ſed in regione magis ſeptentrionali, quae hoc quoque tempore, adjecta pro more ſibilante littera, nomen ſervat, *Siberia* quippe dicitur. Nuſquam toto terrarum orbe maior harum pellium proventus, quam in iſthac regione,

Quic-

Quidquid ad Sinas, Perſas & Europae gentes pretioſae hujus mercis defertur, inde fere petitur. Ipſum vero animal, ut hoc tempore, non uno adpellatur nomine, ſiquidem Sibel, Sabel, & Simmer dicitur; ita quoque olim variis modis detortum hoc fuit vocabulum: Et Parthis ſeu Perſis adpellatum fuiſſe Σίμωρ, conſtat ex Heſychio. Sed & eidem dicitur Iber, addens (*addenti*) inde dictos Iberes, nempe Aſiaticos. Ἴβηρ χερσαῖόν τι θηρίον, ἀφ' οὗ Ἴβηρες. Et ſane multo veriſimilius ab hoc animali nomen accepiſſe Iberes, quam ab Europæis Iberis a Nabuchodonoſore eo eſſe translatos. Jornandes Sapherinas vocat pelles, quae a Suionibus ad Romanos deportabantur, famoſas decora nigredine. Siquidem & nunc quanto nigriores, tanto maioris ſunt pretii. Romani poſteriores pelles eiusmodi adpellarunt Parthicas, quod ex Parthorum deferebantur ditione, & negotiatores harum Parthicarios, ut ex Jure cognoſcimus. Satis ex his plane, ni fallor, poſſit confici, quare ab antiquioribus Graecis Colchi aurei velleris poſſeſſores fuiſſe dicantur. Aureum vero ideo, quod auro contra carum eſſet, & infinities ipſa pretioſius purpura. Graecis quum ignotum id eſſet animal, nec aliud vellus, quam ovium noſſent, agnorum Scythicorum pelles eſſe credebant, nihilo maiori ratione quam qui poſtea muſtelarum ſeu murium Ponticarum genus eſſe dixere, quum ſit ſui generis animal, & nihil cum aliis habeat commune. Quum inter Suedos verſaremur, non ſemel viva etiam conſpeximus haec animalia, a Moſcovitis ex Siberia eo deportata, & miror illos, qui animalium ſcripſere hiſtoriam, *eorum non adpoſuiſſe imaginem.* Hactenus Voſſius, homo omnino magnus, qui an dicat ſatis, quid vellus fuerit aureum, tu iudicabis, lector, nos ampliamus.

Gratulor incolumi, quantum finis [3]. hoc tamen ipſum [4]
Debueram ſcripto certior eſſe tuo.
Nam, ne [5] pacta tibi [6] praeter mea regna redires,
[7] Cum cuperes; ventos non habuiſſe [8] potes.
[9] Quamlibet aduerſo ſignetur epiſtola vento,
Hypſipyle miſſa digna ſalute fui.
Cur mihi fama prior, quam nuntia litera, venit,
Iſſe ſacros [10] Marti ſub juga [11] panda boves?
Seminibus jactis [12] ſegetes [13] adoleſſe virorum,
[14] Inque necem dextra non eguiſſe tua?
Pervigilem [15] ſpolium pecudis ſervaſſe draconem,
Rapta tamen forti vellera fulva manu?
Haec ego ſi poſſem [16] timide credentibus, Iſta
Ipſe mihi ſcripſit, dicere, quanta [17] forem!

Quid

3 Sc. me tibi gratulari. 4 ſc. factum eſſe, te nempe rediiſſe ſalvum & incolumem. 5 promiſſa. 6 ad regna mea, Lemnon. 7 licet velles ſeu volueris. 8 faventes ſc. potuit fieri, ut ventus non pateretur te redire ad me, licet velles. 9 ſed tamen vel maxime adverſo vento poteſt ſignari & ſcribi epiſtola, quod faceretu debuiſſes. 10 Marti conſecratos & maxime feros. 11 curva. 12 viros ſeminatos. 13 creviſſe. 14 ſe ipſos interemiſſe. Namque quum Jaſon quaedam, quae ipſi dederat Medea, in medios terrigenas proieciſſet, illi in ſe converſis armis mutuis ceciderunt vulneribus. 15 vellus aureum. 16 vix credentibus. 17 quam eſſem felix!

Quid queror officium lenti ceſſaſſe mariti!
[18] Obſequium, manco ſi tua, grande tuli.
Barbara narratur veniſſe [19] venefica tecum,
In mihi promiſſi [20] parte recepta tori.
Credula res [21] amor eſt. utinam [22] temeraria dicar
Criminibus falſis [23] inſimulaſſe virum!
Nuper ab [24] Haemoniis hoſpes mihi Theſſalus oris
Venerat; & tactum [25] vix bene limen erat:
[26] Aeſonides, dixi, quid agit meus! Ille pudore
[27] Haeſit, in oppoſita [28] lumina fixus humo.
Protinus exilui, tunicisque à pectore ruptis,
Vivit? an, exclamo, me quoque fata [29] trahunt?
Vivit, ait. [30] timidumque mihi jurare coëgi.
Vix mihi, teſte Deo, credita vita tua eſt.
Ut rediit [32] animus, tua facta [33] requirere coepi.

Nar-

[18] Obſecutus es animo meo, praeſtitiſti, quod opto. 19 Medea. 20 ſocia lecti coniugalis a te adſumta. 21 credunt facile omnia amantes. 22 temere credula. 23 adcuſaſſe. 24 Theſſalicis. Theſſalia enim etiam Amonia dicitur. 25 vix domum intrarat. 26 Jaſon meus, qui Æſonis erat fil. 27 conticuit. 28 ad lumina quod adtinet. oculis in terram defixis. 29 an infeliciſſima ſum & a fatis ipſa etiam ad mortem vocor. 30 timidum Theſſalum coëgi iurare. 31 in teſtimonium adducto Deo, per Deum teſtem iuraro vix credidi te vivere. 32 poſtquam ad me redii. 33 quid feceris, interrogavi.

Narrat, [34] aënipedes Martis araſſe boves:
[35] Vipereos dentes in humum pro ſemine jactos,
Et ſubito [36] natos arma tuliſſe viros:
Terrigenas populos, [37] civili Marte peremtos,
Impleſſe aetatis fata [38] diurna ſuae.
Devicto [39] ſerpente, iterum, [40] ſi vivat Iaſon,
Quaerimus. [41] alternant [42] ſpesque [43] timorque fidem.
Singula dum narrat; ſtudio [44] curſuque loquendi,
Detegit [45] ingenio vulnera facta ſuo.
Heu! ubi pacta fides? ubi connubialia jura?
Faxque ſub arſuros [46] dignior ire rogos?

Non

34 Ære munitos pedes habentes. 35 ſerpentis dentes, eius, quem peremerat Cadmus. 36 natos eſſe homines armatos e terra. 37 inter ſe incepto bello. 38 ſe confeciſſe poſtquam unum tantem vixiſſent diem. 39 ſerpente cuſtode aurei velleris occiſo. poſtquam audivi, etiam velleris aurei cuſtodem ſerpentem devictum fuiſſe. 40 an vivat Jaſon quaeſivi. 41 incertam & variam, modo credentem, modo dubitantem me reddunt. 42 qua fiebat, ut crederem, te vivere. 43 quo timebam, ne mortuus eſſes. 44 medios inter ſermones, quum ſtuderet mihi ſingula narrare. 45 bonam te fidem violaſſe, & animo tuo te iuſſiſſe perfidiae maculam abducta Medea. 46 dignior quae mortui rogo adeſſet, quam in nuptiis noſtris præferretur.

Non ego ſum furto 47 tibi cognita. pronuba Juno
Adfuit,& ſertis tempora vinctus Hymen.
At mihi nec Juno,nec Hymen, ſed triſtis Erinnys
Praetulit infauſtas ſanguinolenta faces.
Quid mihi cum 48 Minyis? quid cum 49 Tritonide pinu?
Quid tibi cum patria, navita 50 Tiphy, mea?
Non erat hic aries villo ſpectabilis aureo:
Nec ſenis 51 Aeëtae regia Lemnos erat.
52 Certa fui primo (ſed me 53 mala fata trahebant)
54 Hoſpita 55 feminea pellere 56 caſtra manu,

57 Le-

47 Raptu aut adulterio. Furti enim vox in amorum rebus frequentiſſima eſt, ut dicemus ad Muſaeum de Ero & Le. item ad noſtrum inferius. 48 Argonautis, qui a Minyarum familia, quae ex Orchomeno oppido Bœotiae, Iolcon in Theſſaliam commigravit, Minyae adpellati ſunt. 49 navi Argo. pinus Tritonis dicitur, h. e. Palladia, quia in eius erat tutela Argo. haecque Pallas adpellatur Tritonia, a Tritone, palude Africae. 50 Hic Jaſonis navis erat gubernator, dicit: quare Lemnon veniſti. 51 velleſe, lana. τὸ *aureo* duabus efferendum in ſcanſione ſyllabis per *Synizeſin* quam Grammaticorum vocant filii. 51 i. e. Medeae patris. qui Aeëtes ſe Aeëta erat, ſolis filius & frater Perſae. 52 conſtitueram. 53 fata me alio trahebant, quo minus, quod propoſueram mihi, facerem. 54 Argonautas. 55 exercitu femineo. 56 naves.

[57] Lemniadesque viros, nimium [58] quoque, vincere norunt.
[59] Milite tam forti [60] ripa tuenda fuit.
Urbe virum [61] vidi, tectoque animoque [62] recepi:
Hic tibi bisque aeſtas, bisque cucurrit hiems.
[63] Tertia meſſis erat: cum tu, dare vela coactus [64],
[65] Impleſti lacrimis talia verba tuis:
Abſtrahor, Hypſipyle: ſed (dent modo fata [66] recurſus)
Vir tuus hinc abeo: vir tibi ſemper ero.
Quod tamen [67] é nobis gravida celatur in [68] alvo,

Vivat;

57 Lemni mulieres. Quum Venus cum Marte in Lemno inſula deprehenſa fuiſſet, & mulieres Lemniacae diis deabusque ceteris ſacrificaſſent omnibus ſpreta ob adulterium Venere, quam id quum male haberet, mulieribus iſtis fœtorem hircinum immiſit, quo tam olebant graviter, ut viri earum omnes relictis iis in bellum proficiſcerentur, adverſus Thraces. quos redeuntes omnes necant mulieres eae omnemque prolem maſculam tollunt e medio. 58 quia ipſos adeo maritos interfecere. 59 a tam fortibus mulieribus. 60 Lemnos inſula. 61 te. 62 amare cœpi. 63 annus tertius. 64 Hercule cum ceteris inſtante. 65 feciſti, vel, quaſi madefeciſti verba tua lacrimis, h. e. lacrimans talia es locutus. 66 ſi liceat modo per fata redire. 67 a me genitum. 68 in tua alvo, quæ gravida es. Bene precatur embryoni & cupit naſci, ut ſcilicet ipſe & Hypſipyle parentes eſſe poſſint.

Vivat; & ejuſdem ſimus uterque parens.
[69] Hactenus: &, lacrimis in [70] falſa fluentibus ora,
[71] Cetera te memini non potuiſſe loqui.
Ultimus è ſociis ſacram conſcendis in Argo.
[72] Illa volat: ventus concava vela [73] tenet.
Caerula [74] propulſae [75] ſubducitur unda carinae:
Terra [76] tibi, nobis adſpiciuntur aquae.
In latus omne [77] patens turris circumſpicit undas.
[78] Huc feror; & lacrimis [79] osque ſinusque madent.
Per lacrimas ſpecto, [80] cupidaeque faventia menti
Longius [81] adſueto lumina noſtra vident.
Addo preces caſtas, immixtaque vota timori,
Nunc quoque te ſalvo perſolvenda mihi.

Vota

69 Sc. dixiſſe te memini. 70 ſimulantia dolorem. 71 plura dictis. 72 cito provehitur. 73 inplet & expandit. 74 remis & vento ablatae. 75 ſubtrahitur i. e. Argo navis procurrebat. 76 a te, tu reſpiciebas me in terra ſtantem, ego te ſpectabam in aquis. 77 e qua in omnem partem ſpectari poteſt. 78 in eam me turrim confero. 79 facies & pectus. Sic ſaepe auctores. Homer. Il. 9, 565. δεύοντο δὲ δάκρυσι κόλποι. Noſter ep. 8, 62.

Perque ſinum lacrimae fluminis inſtar eunt.

80 oculi faventes menti meae cupidae, i. e. amanti. 81 ſolito.

Vota ego perſolvam? votis [82] Medea fruetur?
  Cor dolet; atque ira mixtus [83] abundat amor.
Dona feram templis, vivum quod Iaſona perdo?
  Hoſtia pro damnis concidat icta meis?
Non equidem ſecura fui; ſemperque verebar,
  Ne pater [84] Argolica ſumeret urbe nurum.
Argolidas timui: nocuit mihi [85] barbara pellex.
  Non expectatâ vulnus ab hoſte tuli;
Nec [86] facie meritisve placet; ſed [87] carmine movit:
  Diraque cantata [88] pabula falce metit.
[89] Illa reluctantem curru deducere Lunam
  Nititur, & tenebris [90] abdere Solis equos.
Illa [91] refrenat aquas, [92] obliquaque flumina ſiſtit:
  Illa [93] loco ſilvas, vivaque ſaxa movet.
Per tumulos errat paſſis diſcincta capillis,
  [94] Certaque de tepidis colligit oſſa rogis.

[95] De-

82 Fructum votorum meorum capiet. 83 & ira & amor magnus eſt. 84 Theſſalica. *Argos* Theſſaliae urbs, unde ne Æſon Jaſoni ſumeret nurum ſe veritam eſſe ait. 85 Pontica, Medea. 86 pulcritudine & virtutibus officiisve. 87 incantatione ad amorem te adduxit. 88 herbas noxias. 89 Medea ſc. 90 obſcurare ſolem. 91 retinet currentes fluvios. 92 currentia oblique. 93 e loco, ubi erant, transfert. 94 ad veneficia apta.

[95] Devovet abſentes, [96] ſimulacraque cerea figit,
Et miſerum tenues in [97] jecur [98] urget acus.
Et quae neſcierim [99] melius. male quaeritur herbis,
Moribus & forma conciliandus, amor.
[100] Hanc potes amplecti? thalamoque relictus in uno
Impavidus ſomno, nocte ſilente, frui?
Scilicet ut [1] tauros, ita te juga ferre coëgit:
Quaque feros angues, te quoque mulcet [2] ope.
Adde, quod adſcribi factis [3] procerumque tuiſque
Se favet; & titulo [4] conjugis uxor obeſt.
Atque aliquis [5] Peliae de partibus acta venenis
[6] Imputat, & populum, qui ſibi credat, habet.

95 Incantationibus inficit. *ſic bebexet ſic.* 96 effigies e cera factas, referentes abſentium formam. 97 ut in amorem incitentur. 98 defigit. 99 quae neſcire ſatius fuerit. 100 Medeam iſtam. 1 quos viciſſe te eius ope dicis. 2 incantatione magica. 3 comitum, qui tecum rapuere aureum vellus. 4 tuis laudibus. 5 aliquis ex iis, qui Peliae favent. 6 tribuit venenis & incantationibus ea, quae acta ſunt.

Non haec [7] Aeſonides, ſed [8] Phaſias [9] Aeëtine
  Aurea [10] Phryxêae terga revellit ovis.
Non [11] probat Alcimede mater tua; conſule matrem:
  Non pater, â [12] gelido cui venit axe [13] nurus.
[14] Illa ſibi [15] Tanai, Scythiaeque paludibus udae
  Quaerat, & à patria [16] Phaſidos uſque, virum,
[17] Mobilis Aeſonide, [18] vernaque incertior aura,
  Cur tua pollicito pondere verba carent?
Vir meus hinc ieras, vir non meus inde rediſti.
  Sim reducis conjux, ſicut euntis eram.
Si te nobilitas, generoſaque nomina [19] tangunt;
  En ego [20] Minoo nata [21] Thoante feror.

Bacchus

7 Jaſon. verba ſunt fautoris alicujus Peliae. 8 Medea. Colchorum enim fluvius Phaſis eſt. 9 Aeetae regis Colch. fil. 10 Jovi a Phryxo conſecratae. 11 ſc. hanc famam tuam. 12 ſeptemtrione, ubi Colchis regio. 13 Medea. 14 Medea. 15 in Scythia, ubi Tanais fluvius eſt. 16 a Colchide, in qua Phaſis fl. 17 inconſtans Jaſon. 18 ventis veris tempore flantibus, qui ſunt maxime inconſtantes. 19 movent. 20 Minois nepote. 21 Bacchi & Ariadnes fil.

Bacchus avus; Bacchi [22] conjux redimita corona,
[23] Praeradiat ſtellis [24] ſigna minora ſuis.
Dos tibi Lemnos erit, terra [25] ingenioſa colenti:
Me quoque res tales inter [26] habere potes.
Nunc etiam peperi, gratare [27] ambobus, Iäſon:
Dulce mihi gravidae [28] fecerat auctor onus.
Felix in [29] numero quoque ſum, prolemque gemellam
Pignora [30] Lucina bina favente [31] dedi.
Si quaeris, cui ſint ſimiles; [32] cognoſceris illis,
Fallere non [33] norunt: cetera [34] patris habent.

Lega-

22 Ariadne, cuius corona, a Baccho ipſi donata, eſt inter ſtellas conſpicua. 23 radiorum ſplendore vincit. 24 ſidera minoribus conſtantia ſtellis. 25 foecunda. 26 inter tales res, nobilitatem, dotemque reliqua, nec ego minima ſum aut ſpernenda. 27 & tibi & mihi. 28 tu, ex quo gravida eram facta, dulce mihi reddebas onus, i. e. infantem, quem geſtabam. 29 numeri ratione, nam gemellos peperi. 30 feliciter, Junone ſeu Lucina, quae praeeſt parientibus, favente & juvante. 31 in lucem partu excluſi. 32 patrem te demonſtrant eſſe quia te referunt & exſcribunt. 33 poſſunt. 34 in omnibus tibi ſunt ſimiles, praeter quam quod nequeunt fallere, uti tu.

Legatis [35] quos pene dedi pro matre [36] ferendos:
Sed [37] tenuit coeptas ſaeva noverca vias.
Medeam timui: plus eſt Medea novercâ.
Medeae [38] faciunt ad ſcelus omne manus.
Spargere quae [39] fratris potuit laniata per agros
[40] Corpora, [41] pignoribus parceret illa meis?
Hanc tamen, ô demens, Colchisque [42] ablate venenis,
Diceris Hypſipyles praepoſuiſſe toro.
Turpiter illa [43] virum cognovit adultera virgo:
Me tibi, teque mihi taeda [44] pudica dedit.
Prodidit illa [45] patrem: rapui de caede [46] Thoanta.
Deſeruit [47] Colchos: me mea Lemnos habet.
Quid [48] refert, ſcelerata piam ſi vincit, & ipſo
Crimine dotata eſt, [49] emeruitque virum?

Le-

35 Infantes. 36 ad te ſc. 37 inpedivit Medea iter propoſitum. 38 aptae ſunt. 39 Abſyrti. 40 membra. 41 filiis meis. 42 capte, conſilio & prudentia private. 43 te ſc. per cædem & nefas cognovit. 44 matrimonio legitimo juncti eramus. 45 Æetam. 46 ego, quum ceterae Lemniades omnes maſculos trucidarent, ego patri peperci. 47 Medea ſc. 48 prodeſt mihi hoc. 49 criminibus & ſcelere virum meruit.

Lemniadum facinus culpo, non [50] miror, Iäſon,
Quamlibet iratis ipſe dat arma dolor.
Dic age, ſi ventis (ut [51] oportuit) actus iniquis
Intraſſes portus, tuque comesque, meos;
Obviaque exiſſem, [52] foetu comitata gemello:
(Hiſcere [53] nempe tibi terra roganda foret)
Quo vultu natos, quo me, ſcelerate, videres?
Perfidiae [54] pretio, qua nece, dignus eras?
Ipſe quidem per [55] me tutus ſoſpesque fuiſſes:
Non quia tu dignus, ſed quia mitis ego.
Pellicis ipſa meos [56] impleſſem ſanguine vultus,
[57] Quosque veneficiis abſtulit iſta ſuis.
Medeae Medea forem. quod ſi quid ab alto
Juſtus ades [58] votis, Juppiter, ipſe meis;
[59] Quod gemit Hypſipyle, lecti quoque [60] ſubnuba noſtri
Moereat, & leges [61] ſanciat ipſa ſuas.

Ut-

50 Probo. 51 ut fieri par erat. 52 filiis geminis. 53 rogare omnino debebas terram, ut aperta devoraret te perfidum. 54 tamquam praemio perfidiae. 55 ad me quod adtinet, non nocuiſſem tibi. 56 Medeae ſanguine maculaſſem. 57 vultus tuos, quos cepit veneficiis ſuis. 58 ſi vota mea iuſtus audis. 59 propter id, propter quod gemo ego. 60 Medea, concubina. 61 me adficiens iniuria leges ſibi quaſi ſanciat, queis idem ipſa etiam experiatur.

Utque ego deſtituor conjux, materque duorum;
A totidem natis orba ſit, aque viro.
Nec male parta diu teneat; pejusque [62] relinquat.
Exulet; & toto quaerat in orbe [63] fugam.
Quam [64] fratri [65] germana fuit, miſeroque [66] parenti
Filia; tam [67] natis, tam ſit acerba [68] viro.
Cum mare, cum terras [69] conſumſerit; aëra [70] tentet.
Erret inops, exſpes, caede [71] cruenta ſua.
Haec ego conjugio fraudata [72] Thoantias oroi
Vivite [73] devoto, [74] nuptaque, virque, [75] toro.

EPI-

62 Quam peperit, adquiſivit. 63 locum, quo fugiat. fugitiva ſit per totum orbem. 64 Abſyrto. 65 ſoror. 66 Aeetae, quem interire in fatis erat, amiſſo vellere aureo. 67 Theſandro & Didymo. 68 Jaſoni tibi. 69 pererrarit, malitiamque ſuam exhauſerit. 70 per aëra volet. 71 ſe ipſam interficiens. 72 Thoantis filia, Hypſipyle. 73 infeliciter, exſecrationibus meis devoto & maledicto. 74 Medea. 75 conjugio. conjugium veſtrum ſit longe infauſtiſſimum.

EPISTOLA VII.
DIDO AENEAE.
ARGVMENTVM.

Troja a Graecis euerſa, Aeneas Anchiſae & Veneris filius, raptis ex incendio ſecum penatibus, uiginti nauibus mare conſcendit. Qui tempeſtate uexatus magna parte maris pererrata, in Libyam quidem delatus eſt. ubi tunc Dido, ut Virgilius finxit, Beli filia, & Sichaei Herculis ſacerdotis uxor, Tyro urbe profecta, fratris Pygmalionis, qui incautum maritum ob eius diuitias interemerat, & ſaeuitiam & auaritiam fugiens, urbem nouam Carthaginem condebat: a qua Aeneas cum ſociis liberaliſſime ſuſceptus, & amatus, eum ea concubuit. Verum quum Mercurii monitu in Italiam, ſibi ab oraculo promiſſam nauigare cogeretur: Dido praeſentiens (ueluti quae ardentiſſimo amoris flagrabat incendio,) illum a nauigandi propoſito reuocare, aut ſaltim differret abitum perſuadere tentans, poſt multas tandem fruſtra effuſas preces ad eum moribunda ſcripſit, quem nouerat mortis cauſſam praebuiſſe.

SIc, ubi fata [2] vocant, udis [3] abjectus in herbis,

Ad

[2] Moriturus olor ſic canit, ut jam ego. [3] jacens.

Ad vada [4] Maeandri concinit albus [5] olor.
Nec, quia te noſtra ſperem prece poſſe moveri,
Adloquor: adverſo [6] movimus iſta Deo.
Sed [7] merita & [8] famam, corpuſque animumque pudicum
Cum male perdiderim, perdere verba, [9] leve eſt.
Certus es ire tamen, miſeramque relinquere Dido:
Atque idem venti vela [10] fidemque ferent.
Certus es, Aenea, cum [11] foedere ſolvere naves:
Quaeque ubi ſint neſcis, Itala regna [12] ſequi.

Nec

---

4 Fl. Lydiae, ubi multi cygni ſunt. 5 Vid. Aelian. Var. hiſt. I, 1. Cicero I. Tuſc. Quaeſt. *Cygni, qui non ſine cauſſa Apollini dicati ſunt, quod ab eo divinationem habere videantur, quia providentes quid in morte boni ſit, cum cantu & voluptate moriuntur.* Vid. Thomaſii diſſ. de cantu cygnorum & Voët. Diſp. Theol. Part. I. p. 725. Certo vero experimento cantus cygnorum morientium demonſtrari nequit, & credi tantum res dubia poſtulat. 6 has preces adverſo deo fecimus, tibique quaſi admovimus. 7 beneficia tibi praeſtita. 8 laudem pudicitiae. 9 non magna iactura eſt, verba perdere, quum maiora perdiderim. 10 a te mihi datam fidem falles. 11 cum navibus ſolvere conjugii noſtri vincula. 12 Italica regna adquirere, occupare.

Nec nova Carthago, nec te [13] creſcentia tangunt
Moenia; nec ſceptro tradita [14] ſumma tuo.
[15] Facta fugis; facienda [16] petis, quaerenda per orbem
Altera, [17] quaeſita eſt altera terra tibi.
[18] Ut terram invenias, quis eam tibi tradet [19] habendam?
Quis ſua non notis arva tenenda dabit?
Alter habendus [20] amor tibi reſtat, & altera Dido:
Quamque iterum [21] fallas, altera danda fides
Quando erit, [22] ut condas inſtar [23] Carthaginis urbem,
Et videas populos altus ab arce tuos?
Omnia [24] ut eveniant, nec te tua vota [25] morentur;
Unde tibi, quae te ſic [26] amet, uxor erit?
[27] Uror, ut [28] inducto [29] ceratae ſulſure taedae:

Ut

---

13 In altum ſurgentia. 14 rerum ſc. *ſceptro*, i. e. regimini & tuae poteſtati. 15 Carthaginem conditam. Parata. 16 proficiſceris ad novam urbem, quam dicis in Italia te eſſe ædificaturum. 17 jam quaeſita eſt, ſc. quam tuae tradidi poteſtati. 18 fac invenias, licet. 19 poſſidendam & regendam. 20 altera amanda, quam inventurus es forte numquam. 21 ſicut mihi datam fefelliſti. 22 ſc. tempus. 23 ſimilem Carthagini. 24 ſi, licet. 25 nec inpediatur id, quod optas. 26 uti ego amo. 27 tui amore ſc. 28 addito. 29 liquorem ex ſeſe emittentes. id faciunt enim tædae, ſpecies arborum.

Ut pia fumoſis addita tura [30] focis.
Aeneas oculis ſemper vigilantis inhaeret:
Aenean animo noxque diesque [31] refert.
Ille quidem male gratus, & ad mea [32] munera ſurdus;
Et quo, ſi non ſim ſtulta, carere [33] velim:
Non tamen Aenean, quamvis male [34] cogitat, odi:
Sed queror infidum, queſtaque [35] pejus amo.
Parce Venus [36] nurui, durumque amplectere [37] fratrem,
Frater [38] Amor: caſtris [39] militet ille tuis.
Aut ego, [40] quem coepi (neque enim [41] dedignor) amare;
Materiam [42] curae praebeat ille meae.

43 Fal-

---

30 Aris. 31 ante oculos mentis meae proponit. 32 ingratus pro muneribus e me ſibi praeſtitis, quique eorum commemoratione non movetur, tanquam eſſet ſurdus. 33 debeam. 34 male erga me adfectus eſt. Cato de R. R. *Ruſtici homines minime ſunt male cogitantes: qui etſi allium redolent & cepam, optime tamen ſunt animati.* 35 vehementius. 36 mihi. 37 Aenean mitem. 38 Cupido. 39 amori det operam. 40 ſc. militem in caſtris tuis, & quem cœpi amare, ille in poſterum etiam, *reliqua.* 41 non pœnitet me. 42 amori. Eodem ſenſu & Virgilius vocem uſurpavit. I. Æneid.

- - *puer mea maxima cura.*

& alibi.

[43] Fallor; & iſta mihi falſo [44] jactatur imago.
[45] Matris ab ingenio diffidet ille ſuae.
Te lapis, & montes, innataque rupibus altis
Robora, te ſaevae progenuere ferae:
Aut mare [46], quale vides agitari nunc quoque ventis:
[47] Quod tamen adverſis fluctibus ire paras.
Quo fugis? obſtat [48] hiems: hiemis mihi [49] gratia proſit.
Adſpice, ut [50] everſas concitet Eurus aquas
Quod tibi maluerim [51], ſine [52] me debere procellis.
Juſtior eſt animo ventus & unda tuo.
Non ego ſum tanti, (quamvis [53] merearis, inique,)
Ut pereas, dum me per freta longa fugis.
Exerces [54] pretioſa odia, & conſtantia magno;
Si, dum [55] me careas, eſt tibi [56] vile mori.

Jam

43 Fruſtra haec omnia dico. 44 laudatur, ab eo oſtentatur. 45 Veneris, quae mitis eſt, Aeneas v. eſt durus. 46 ſc. te genuit. 47 quod navigaturus es turbulentum fluctibus & tempeſtate. 48 tempeſtas maris. ut Graeci utuntur ſuo χειμών. dicimus ad Muſæum. 49 ob tempeſtatem ſaltim differ abitum; *gratia hiemis*, cauſſa eiusdem, quam apud eum valere vult, ceu rem gratioſam, quæque ad aliquid alios adducit. 50 turbatas, commotas. 51 ſc. debere. 52 concede ut debeam. 53 ut pereas ſc. 54 odium erga me tuum magno tibi conſtat. 55 dummodo. 56 ſi parvi facis mortem.

Jam venti ponent [57]; ſtrataque [58] aequaliter unda,
Caeruleis [59] Triton per mare curret equis.
Tu quoque [60] cum ventis utinam mutabilis eſſes!
Et, niſi duritia robora vincis, eris [61].
Quid [62]? ſi neſcieris, inſana quid aequora poſſint?
Expertae toties quam [63] male credis aquae?
Ut [64] pelago ſuadente etiam [65] retinacula ſolvas,
Multa tamen latus [66] triſtia pontus habet.
[67] Nec violaſſe fidem [68] tentantibus aequora prodeſt.
Perfidiae poenas [79] exigit ille locus.

Præ-

57 Sc. fe. nos: *der VVind wird ſich bald legen.* Virgilius 7. Æn.
Tum venti poſuere, omnisque repente reſedit
Flatus.
58 quieta. 59 Neptuni & Salaciae fil. deus marinus, junctis currui delphinibus vehetur in mari. 60 quemadmodum venti componuntur, tu etiam mutari poſſes, a tuoque abſtrahi propoſito. 61 & eris mutabilis, ut ſpero. 62 ſc. faceres, ſi neſcires, quanta vis, quantusque maris impetus eſſe ſoleat; i. e. adhuc duriorem ſine dubio erga me te gereres, & citius me relinqueres. 63 quanto cum periculo tuo. 64 quamvis etiam tranquillo mari naviges. 65 navium funes. 66 pericula & incommoda praeter naufragium. 67 nec prodeſt. h. e. nocet. 68 navigantibus. 69 ſumit, punit perfidos.

Praecipue cum laeſus [70] Amor: quia mater Amoris
Nuda [71] Cytheriacis [72] edita fertur aquis.
[73] Perdita ne perdam [74] timeo, noceamve nocenti;
Neu bibat aequoreas naufragus [75] hoſtis aquas.
Vive, precor: ſic [76] te melius, quam [77] funere, perdam.
Tu potius leti cauſſa ferare mei.
Finge, age, te rapido (nullum ſit in omine pondus)
Turbine [78] deprendi; quid tibi [79] mentis erit?
Protinus occurrent falſae perjuria linguae,
Et [80] Phrygia Dido fraude coacta mori.
Conjugis ante oculos [81] deceptae ſtabit imago
Triſtis, & effuſis [82] ſanguinolenta comis.

Quid-

---

70 Sc. eſt. 71 in Cythera inſula educata Venus eſt, poſtquam mari nata concha ad eam primum fuiſſet devecta. 72 nata. 73 miſera. 74 ſc. te naufragio, quamquam me jam fugiſti. 75 Æneas pereat naufragio. 76 ſi vivis. 77 morte. melius te carebo vivente quam mortuo. 78 abripi te rapido turbine fingamus. 79 quid conſilii, quid cogitabis tum. 80 tu, qui e Phrygia es. 81 mea, quæ conjux tua fui, quamque decepiſti. 82 fingit enim Maro Didonem ſe Aeneae cauſſa interemiſſe.

Quidquid id eſt, totum merui, concedite dicas:
Quaeque cadent, in te fulmina miſſa putes.
[83] Da breve ſaevitiae ſpatium pelagique tuaeque:
[84] Grande morae pretium tuta futura via eſt.
Nec mihi parcatur; puero parcatur Iülo.
Te ſatis eſt titulum [85] mortis habere meae.
Quid puer [86] Aſcanius, quid Dî meruere [87] Penates?
Ignibus ereptos [88] obruet unda Deos.
Sed neque fers [89] tecum: nec, quae mihi, perfide, jactas,
Preſſerunt humeros [90] ſacra [91] paterque tuos.
Omnia mentiris: nec enim tua fallere lingua
Incipit à nobis; primaque [92] plector ego.
Si quaeras, ubi ſit formoſi [93] mater Jüli:
Occidit, á duro ſola relicta [94] viro.

Haec

83 Exſpecta pauliſper, donec & maris ira & animi tui deferbuerit. 84 Haec mora compenſabitur tuta navigatione, pretio ſatis magno. 85 nomen. ſatis eſt, te cauſſam eſſe mortis meae. 86 Julus. Vide omnino *Livium* Lib. I, c. 3, §. 1, 2 ſeq. 87 quos tecum Troia abſtuliſti. 88 ſc. deos eos penates, quos incendio Troiano eripuiſti. 89 ſc. deos illos. 90 dii penates. 91 Anchiſes. 92 perfidia tua & mendaciis iam alios læſiſti, nec prima ego ſum. 93 Creuſa. 94 a te.

Haec[95] mihi narraras: nec[96] me movere: merentem
[97] Ure; minor culpa poena futura mea eſt.
Nec mihi mens dubia eſt, quin te[98] tua numina damnent.
Per mare, per terras ſeptima[99] jactat hiems.
Fluctibus[100] ejectum tuta[1] ſtatione recepi,
Vixque bene audito nomine[2], regna dedi.
His tamen officiis utinam[3] contenta fuiſſem:
Et mihi[4] concubitus[5] fama[6] ſepulta foret!
Illa dies nocuit, qua nos declive ſub[7] antrum
Caeruleus ſubitis compulit imber aquis.

Audi-

95 Te Creuſam reliquiſſe. 96 commoverunt ea. 97 fac incendio peream, uti Creuſa. 98 dii, quos tecum tuliſti. 99 ſc. te. jam ſeptimum annum erras. 100 naufragum. 1 portu carthaginienſi. 2 ſc. tuo. 3 utinam nihil tibi ulterius conceſſiſſem. 4 concubuiſſe enim dicitur cum Ænea. 5 quae jam late ſpargitur, 6 deleta. utinam non innotuiſſet noſter concubitus. 7 quo ſe receperant Dido & Aeneas ob nimbum, quum venarentur, ingruentem. Virgil. Æn. IV, 150. ſeq. Legendus de Antro iſthoc le *Morthe le Vayer* dans ſon Hexaëmeron Ruſtique, ubi ingenioſe quidem, ſed non admodum vere aut caſte id deſcribit.

Audieram vocem; Nymphas [8] ululaſſe putavi.
[9] Eumenides fatis ſigna dedere meis.
Exige laeſe pudor poenas, violate [10] Sichaeo:
Ad [11] quem (me miſeram !) plena pudoris eo.
Eſt mihi marmorea ſacratus in aede [12] Sichaeus:
Adpoſitae frondes velleraque [13] alba [14] tegunt.
[15] Hinc ego me ſenſi noto quater ore [16] citari:
Ipſe ſono tenui dixit, [17] Eliſſa veni.
Nulla mora eſt; venio; venio tibi [18] debita conjux:
Sed tamen admiſſi [19] tarda pudore mei.

Da

---

8 Virgil. c. l. v. 168.
- - *Summoque ulularunt vertice Nymphae.*

9 ſed non nymphae, ſed Eumenides, furiae, ſigna dederunt infauſti concubitus. 10 Didonis marito non ſervate, quod tamen promiſerat. 11 Sichaeum, apud inferos verſantem, me confero pudibunda ob laeſam caſtitatem. 12 ſtatua Sichæi, quam domi conſecratam Dido colebat. 13 laneæ vittæ 14 ſc. ſimulacrum Sichaei, ſeu ipſam ædem. 15 ex æde ea. 16 vocari. 17 Sic antea Dido vocabatur, quam conderet Carthaginem. 18 quae ſoli tibi debeor, non alteri, veniam ad te & moriar. 19 ſed moror tamen pudore laeſae caſtitatis. Corrigit enim praecedens: *nulla mora eſt.*

Da veniam culpae; decepit [20] idoneus auctor.
[21] Invidiam noxae detrahit ille meae.
[22] Diva parens, ſeniorque [23] Pater, pia [24] ſarcina nati,
Spem mihi [25] manſuri rite dedere viri.
[26] Si fuit errandum, cauſſas habet error honeſtas:
Adde [27] fidem; nulla parte [28] pigendus erit.
Durat in extremum [29], vitaeque noviſſima noſtrae
Proſequitur fati, qui fuit ante, [30] tenor.
Occidit [31] internas conjux [32] mactatus ad aras:
Et ſceleris tanti [33] praemia frater habet.
Exul agor; cineresque viri, patriamque relinquo:

20 Aeneas, qui aptiſſimus erat ad me decipiendam. 21 facit ille, ut veniam videar merere. 22 inmortalis, Venus. 23 Anchiſes. 24 quem Aeneas geſtavit humeris. 25 ſpem mihi dederunt haec fore, ut Æneas numquam me relinqueret. 26 ſi umquam errandi cauſſas habui, his ita ſe habentibus habui. 27 jusiurandum & fidem mihi ab eo datam. 28 Æneas ſc. nulla de cauſſa poteram ei non credere. 29 ad ultimum vitae halitum. 30 ordo, modus. 31 ante deos penates. 32 Sichaeus occiſus a Pygmalione fratre Didonis. 33 nomen, titulum opesque, quibus inhiabat Pygmalion.

Et feror in duras, [34] hoſte ſequente, vias.
Adplicor [35] ignotis: fratrique [36] elapſa fretoque,
Quod tibi donavi, perfide, litus emo.
Urbem conſtitui; lateque patentia fixi
Moenia, finitimis [37] invidioſa locis.
Bella [38] tument: bellis peregrina & femina tentor:
Vixque rudes portas urbis, & arma, paro.
Mille procis placui: qui me, [39] coïere, querentes,
Neſcio quem [40] thalamis praepoſuiſſe ſuis.
Quid dubitas vinctam [41] Gaetulo tradere Iärbae?
[42] Praebuerim ſceleri brachia noſtra tuo.
Eſt etiam [43] frater; cujus manus impia poſſit
Reſpergi noſtro [44], ſparſa [45] cruore viri.

[46] Pone

34 Fratre Pygmalione me perſequente. 35 ad ignotos homines ignotaque mihi loca pervenio. Africam notat. 36 quæque effugi fratris crudelitatem & ſævitiam maris. 37 invidiam moventia. 38 bellum Hyarbas minabatur Carthaginienſibus, quod conjugium eius contemnebatur. 39 qui convenientes querebantur. 40 coniugio ſuo. 41 Gaetuliae, parti Africae imperanti. 42 ipſa praebebo brachia tibi per ſcelus me Iarbae tradituro. 43 habeo etiam fratrem Pygmalionem. 44 ſc. cruore. 45 quae manus iam reſperſa & maculata eſt ſanguine Sichaei.

[46] Pone Deos, & quae tangendo ſacra profanas:
Non bene coeleſtes impia dextra colit.
Si tu cultor eras elapſis [47] igne futurus;
Poenitet [48] elapſos ignibus eſſe Deos.
Forſitan & gravidam Dido, ſcelerate, relinquas;
Parsque [49] tui lateat corpore clauſa meo.
Accedet [50] fatis matris [51] miſerabilis infans;
Et nondum nato funeris auctor eris.
Cumque parente [52] ſua frater morietur Iüli;
[53] Poenaque [54] connexos auferet una duos.
Sed jubet [55] ire Deus. vellem vetuiſſet [56] adire;
[57] Punica nec [58] Teucris [59] preſſa fuiſſet humus.
Hoc [60] duce (nempe [61] Deo) ventis agitaris iniquis,
Et teris in rapido tempora longa freto.

Perga-

46 Depone, noli tangere ulterius, quia profanas tangendo, ut inpius. 47 Diis ſc. ex igne Troiano ereptis. 48 ſervatos. malint eſſe combuſti, quam ſervati a te impio & coli. 49 infans a te genitus. 50 mecum morietur. 51 dignus miſericordia, utpote moriturus mecum nulla ſua culpa. 52 mecum. 53 mors una. 54 coniunctos. 55 ſc. te. At juſſit te Italiam petere Mercurius. 56 ſc. Mercurius. vellem vetuiſſet, ne ad me venires. 57 Carthaginienſis. 58 a Troianis, qui ſic adpellantur a Teucro, qui cum ſocero Dardano ſocium in Troade regnum habuit. 95 calcata, intrata. 60 Mercurio. 61 Jronice. i. e. qui minime ſe Deum tibi exhibet, dum patitur, ut ſeptimum iam annumerres, variis procellis vexatus.

Pergama vix tanto tibi erant repetenda labore,
  Hectore ſi vivo, [62] quanta fuere, forent.
Non patrium [63] Simoënta petis; ſed [64] Tybridas undas.
  Nempe, [65] ut pervenias quo cupis, hoſpes [66] eris.
Utque latet, vitatque tuas abſtruſa carinas,
  Vix tibi continget terra [67] petita ſeni.
Hos potius [68] populos in dotem, ambage [69] remiſſa,
  Accipe, & advectas [70] Pygmalionis opes.
[71] Ilion in [72] Tyriam transfer felicius urbem:
  [73] Hancque, locum regni, ſceptraque ſacra tene.
Si tibi mens avida eſt belli, ſi quaerit Iülus
  [74] Unde ſuo partus Marte triumphus eat;

Quem

62 Quam bene conſtituta & florentia fuere. 63 fluvium ad Troiam ex Ida ortum monte. 64 Tiberis, Italiae fluvii. 65 quamvis. 66 tamen eris ibi hoſpes, nec temere ad rerum gubernacula admovebere. 67 Italia, quam petis. 68 Carthaginienſes. 69 omiſſo omni circuitu & ambagibus, queis jam detineris. 70 a Pygmalione fratre cupitas. 71 huius urbis rex eſto, Troianas res transfer Carthaginem. 72 Carthaginem, quae ſic a conditoribus vocatur, qui Tyrii fuere. 73 ſc. urbem. 74 quam propter victoriam triumphet.

Quem ſuperet, ne quid [75] deſit, praebebimus hoſtem.
[76] Hic pacis leges: hic locus arma capit.
Tu modo, per matrem, [77] fraternaque tela, ſagittas,
Perque fugae comites, [78] Dardana ſacra, Deos:
(Sic ſuperent, quoſcumque tua de gente [79] reportas,
Mars ferus & damnis ſit [80] modus iſte tuis,
Aſcaniusque ſuos feliciter impleat annos,
Et ſenis [81] Anchiſae molliter oſſa [82] cubent)
Parce precor domui, quae ſe tibi tradit habendam.
[83] Quod crimen dicis, praeter amaſſe, meum;

Non

75 Sc. tibi. 76 hic in bello & in pace, prout lubet, vivere licet. 77 Cupidinea. 78 Troiana. 79 e Troia ducis. 80 finis damnorum, poſtmodum Mars fauſtus tibi ſit & non niſi proficuus. 81 Patris tui. 82 id mortuis precabantur. Hinc ſepulcris cum titulo vota inſcribebantur, *ut terra mortuo levis eſſet*, vel *oſſa molliter cubarent*. Graece: κȣ́φη γῆ τȣ͂τον καλύπτοι. Rogabantur adeo praetereuntes, ut bene mortuis precarentur ſimilibus formulis, de quibus videndus Barnab. *Briſſonius* lib. VII. p. 705. de Formulis & ſollemnibus pop. Ro. verbis. Adde *Tacitum* Vita Agricolae c. 46. ineunte. 83 nullum de me poteris crimen referre, praeterquam quod incautius te amavi.

Non ego ſum [83] Phthias, magniſque oriunda [84] Mycenis:
Nec ſteterunt [85] in te virque paterque meus,
Si pudet uxoris; non nupta, ſed hoſpita dicar.
Dum tua ſit Dido, quodlibet [86] eſſe feret.
[87] Nota mihi freta ſunt Afrum [88] frangentia littus:
Temporibus certis dantque, negantque viam.
Cum dabit aura viam, [89] praebebis carbaſa ventis.
Nunc levis ejectam [90] continet alga ratem.
Tempus [91] ut obſervem, manda mihi; certius [92] ibis:
Nec te, [93] ſi cupies ipſe, manere ſinam.
Et ſocii requiem poſcunt, laniataque claſſis.
Poſtulat [94] exiguas ſemirefecta moras.

Pro

83 Non ego hoſtis ſum Troiani nominis, ex Phthia oppido Theſſaliae, unde oriundus fuit Achilles. 84 Unde erant Menelaus & Agamemnon. 85 contra te pugnarunt. 86 patienter feret Dido, ſeu pro uxore habeas, ſeu pro hoſpite, modo tua ſit tibique amica. 87 novi Lybici maris ſaevitiam. 88 percutientia fluctibus emiſſis. 89 navigare poteris. 90 retinet. 91 navigationi commodum. 92 tutius navigabis. 93 ſi vel maxime cupies manere. 94 ſc. claſſis nondum refecta.

Pro meritis, & ſiqua tibi praebebimus ultra [95],
Pro [96] ſpe conjugii tempora [97] parva peto.
Dum freta [98] miteſcunt, & Amor: dum tempore & [99] uſu
Fortiter ediſco triſtia poſſe pati.
Sin minus [100], eſt animus nobis effundere vitam.
In me crudelis non potes eſſe [1] diu.
Adſpicias utinam, quae ſit ſcribentis imago!
Scribimus; & gremio [2] Troïcus enſis adeſt:
Perque genas lacrimae ſtrictum labuntur in enſem;
Qui [3] jam pro lacrimis ſanguine [4] tinctus erit.
Quam bene conveniunt fato tua [5] munera noſtro!
Inſtruis impenſa noſtra ſepulcra [6] brevi.

Nec

95 Praeter ea, quae iam tibi praeſtiti. 96 loco conjugii, quod ſperavi. 97 moram parvam. 98 exſpecta tamdiu, donec placidum fiat mare, atque donec amor mihi fiat tolerabilior. 99 conſuetudine, experientia. 100 ſi non exſpectas per breve temporis ſpatium. 1 non diu me anges, ſed brevi & vitam & dolorem meum ſum finitura. 2 a te mihi relictus eſt in meo gremio. 3 propediem, brevi. 4 meo ſc. infectus. 5 enſis ille. 6 munere unius enſis ornas.

Nec mea nunc primo [7] feriuntur pectora telo:
Ille [8] locus ſaeui vulnus Amoris habet.
Anna ſoror, ſoror Anna, meae [9] male conſcia culpae,
Jam dabis in cineres ultima dona meos.
Nec, conſumta rogis, inſcribar, Eliſſa Sichaei [10];
Hoc [11] tamen in tumuli marmore carmen erit:
Praebuit Aeneas & cauſſam mortis & enſem.
Ipſa ſua Dido [12] concidit uſa manu.

7 Vulnerantur. 8 pectus. 9 inutiliter. 10 ſc. coniux. In tumulo meo non nominer Eliſſa coniux Sichaei. 11 ſed. 12 ſe interfecit.

EPISTOLA VIII.
HERMIONE ORESTAE.

ARGUMENTUM.

Hermione Menelai & Helenae filia, a Tyndaro auo materno, cui domum commendarat Menelaus, dum iret ad Troiam, Oreſti Agamemnonis & Clytemneſtrae filio deſponſata eſt. Quam etiam Menelaus, huiusce rei inſcius, Pyrrho Achillis filio ante Troiam promiſit: qui tandem reuerſus Hermionem rapuit.

rapuit. Sed quum Pyrrhi connubium maximo odio haberet, & Oreſten adamaret, clam per nuntium monuit, facile ſe poſſe a Pyrrhi vinculis liberari. quod quidem eſt adſecuta. Nam Oreſtes poſt Ægiſthi matriſque caedem furore purgatus, Pyrrho in templo Apollinis interfecto, eam recepit.

[ADloquor Hermione nuper fratremque virumque,
Nunc fratrem; nomen conjugis [2] alter habet.]
Pyrrhus [3] Achillides, [4] animoſus [5] imagine patris,
Incluſam contra juſque piumque tenet.
Quod potui, [6] tenui; ne non invita tenerer;
Cetera femineae non valuere manus.
Quid facis, [7] Aeacide? non ſum ſine [8] vindice, dixi;
Haec tibi ſub [9] domino, Pyrrhe, puella ſuo eſt.
Surdior [10] ille freto clamantem nomen Oreſtae
Traxit inornatis in ſua tecta comis.

[11] Quid

2 Pyrrhus. 3 Achillis filius. 4 ferox, audax 5 quemadmodum pater. 6 recuſavi ab eo haberi. 7 ab Aeaco oriunde. 8 dixi, erit, qui vindicet iniuriam mihi inlatam. 9 habet iam coniugem Oreſten. 10 Pyrrhus.

[11] Quid gravius, capta [12] Lacedaemone, ſerva tuliſſem,
Si raperet Grajas barbara turba [13] nurus?
Parcius [14] Andromachen vexavit [15] Achaïa victrix,
Cum [16] Danaus Phrygias ureret ignis opes.
At tu, cura mei ſi te pia tangit, Oreſte,
[17] Injice non timidas in [18] tua jura manus.
An, ſi quis rapiat ſtabulis armenta recluſis,
Arma feras? rapta conjuge [19] lentus eris?
Sic [20] ſocer exemplo, [21] nuptae repetitor ademtae:
Cui pia militiae cauſſa puella fuit.
Si ſocer ignavus vidua ſediſſet in aula;
Nupta foret [22] Paridi mater, ut ante fuit.
Nec tu mille rates ſinuoſaque vela pararis;
[23] Nec numeros Danai militis; ipſe veni.

[24] Sic

11 Nihil gravius potuiſſem pati. 12 ſi capta fuiſſet Lacedaemon. 13 mulieres. 14 uxorem Hectoris. 15 Graeci victores. 16 quum Troja a Graecis combureretur. 17 vindica me tibi. manus iniicere dicitur ille, qui non exſpectata debitam ſibi rem vindicat. Alibi eodem modo verbum uſurpavit noſter. *Petron. Sat.* c. 15. p. 51. ed. *Burmanni*: Quum primum ergo explicuimus mercem, mulier operto capite, quae cum ruſtico ſteterat, inſpectis diligentius ſignis, *iniecit utramque laciniae manum*, magnaque vociferatione latrones tenere clamat. 18 in id, quod tibi debetur iure. 19 non curabis id? 20 Menelaus. 21 Helenae, quam Paris rapuerat. 22 adhuc. 23 nec tantum militum numerum parare debebis, quantum Graeci habuere.

[24] Sic quoque eram repetenda tamen: nec turpe marito,
Aſpera pro caro bella [25] tuliſſe toro.
Quid, quod avus nobis idem [26] Pelopeïus Atreus?
Et [27] ſi non eſſes vir mihi, [28] frater [29] eras?
Vir, precor, uxori, frater ſuccurre ſorori:
[30] Inſtant officio nomina bina tuo.
Me tibi [31] Tyndareos, vita gravis [32] auctor & annis,
Tradidit: [33] arbitrium neptis habebat avus,
At pater [34] Aeacido promiſerit, inſcius [35] acti.
Plus quo, qui prior eſt ordine, poſſet avus.
Cum tibi nubebam, nulli mea [36] taeda nocebat:
Si jungar [37] Pyrrho, tu mihi laeſus eris.
Et pater ignoſcet noſtro Menelaus amori.
Succubuit [38] telis praepetis ipſe [39] Dei.

Quem

24 Per milites. 25 intuliſſe hoſti & raptori. 26 fil. Pelopis. 27 ſi vel maxime. 28 tamen. 29 patruelis. *Atreus* enim erat pater Agamemnonis, patris Oreſtis, & Menelai, patris Hermiones. 30 poſtulant hoc a te officium. 31 Maternus avus, Helenae pater. 32 vir auctoritate magna. 33 neptis in poteſtate avi eram. 34 Æaci pronepoti Pyrrho. 35 ignorans me iam tibi eſſe traditam uxorem. 36 coniugium, ut alibi ſaepius. 37 ſc. matrimonio. 38 victus eſt Menelaus Cupidinis telis. 39 alati Cupidinis.

Quem ſibi permiſit, [40] genero permittet amorem.
Proderit exemplo mater [41] amata ſuo.
Tu mihi, [42] quod matri pater, es: quas egerat olim
Dardanius partes [43] advena, Pyrrhus agit.
[44] Ille licet [45] patriis ſine fine ſuperbiat actis;
Et tu, quae referas, acta [46] parentis habes.
[47] Tantalides omnes, ipſumque regebat Achillem.
[48] Hic pars militiae; dux erat [49] ille ducum.
Tu quoque habes proavum Pelopem, Pelopisque [50] parentem:
Si [51] melius numeres, à Jove [52] quintus eris.
Nec virtute cares: arma [53] invidioſa tuliſti.
Sed tu [54] quid faceres? induit illa [55] pater.

[56] Ma-

40 Tibi Oreſtae. 41 Helena, propter quam quod ipſe fecit Menelaus, & facere tibi concedet. 42 idem quod. 43 Paris quod fecit. 44 Pyrrhus. 45 Achillis. 46 Agamemnonis. 47 Agamemnon, a Tantalo oriundus. 48 Achilles. 49 Agamemnon. 50 Tantalum. 51 rectius. 52 Jupiter enim Tantalum, hic Pelopem, hic Pliſthenem, hic Agamemnonem, hic Oreſten genuit. 53 matrem enim interfecit. 54 nihil aliud poteras facere. 55 patris caedes vindicanda erat, & ea tibi quaſi induit arma.

[56] Materia vellem fortis meliore fuiſſes:
(Non [57] lecta eſt, operi ſed data cauſſa tuo.)
[58] Hanc tamen impleſti; juguloque [59] Aegyſthus [60] aperto
Tecta cruentavit, quae [61] pater ante tuus.
Increpat [62] Aeacides, laudemque [63] in crimina vertit.
Et tamen adſpectus [64] ſuſtinet ille meos.
Rumpor [65], & ora mihi pariter cum mente tumeſcunt:
Pectoraque incluſis [66] ignibus uſta dolent.
Hermione coram quidquamne [67] objectet Oreſtae?
Nec mihi ſunt [68] vires; nec ferus enſis adeſt.
Flere licet certe: flendo [69] diffundimus iram:

Per-

56 Meliori de cauſſa, quam caede matris. 57 electa a te, non aabitrii tui erat materiam fortitudinis tuae demonſtrandae eligere, ſed ad id, quod feciſti, cogebaris. 58 cauſſam. effeciſti quod efficere cogebaris ob pietatem in patrem. 59 matris tuae adulter. 60 reſoluto enſe. 61 eundem locum fœdavit ſanguine ſuo, quem pater tuus cruentavit ab eo ibidem interemtus antea. 62 Pyrrhus inprobat illud factum tuum. 63 tandem, quam meritus es ultione paternae caedis. 64 & patitur tamen a me ſe conſpici. 65 ira, dolore. 66 indignatione. 67 me praeſente num audaciae eo procedere is poteſt, ut exprobret tibi aliquid? 68 ultioni ſufficientes. 69 diſpello quaſi & egero, diluove.

Perque [70] ſinum lacrimae, fluminis [71] inſtar, eunt.
Has ſolas habeo ſemper, ſemperque profundo.
Hument incultae fonte perenne genae.
Hoc generis [72] fato, quod noſtros [73] errat in annos,
[74] Tantalides matres apta rapina ſumus.
Non ego fluminei referam mendacia cygni:
Nec querar in plumis delituiſſe [75] Jovem.
Qua duo porrectus longe freta [76] diſtinet Iſthmos,
Vecta peregrinis [77] Hippodamia [78] rotis.
Caſtori [79] Amyclaeo & Amyclaeo Polluci
[80] Reddita [81] Mopſopia [82] Taenaris urbe ſoror [83].

[84] Tae-

70 In ſinum decidunt. 71 copioſiſſime. 72 fit fato quodam generis mei, ut rapiamur feminae a viris. rem deinde exemplis inluſtrat probatque. 73 perdurat usque ad meam aetatem. 74 a Tantalo oriundae feminae. 75 Jupiter enim Ledae amore captus in cygnum mutatus ad eam volavit, illaque, poſtquam ſinu ipſum excepiſſet, ova in gremio ipſius peperit, e quibus Caſtor & Pollux, Helena & *Clytamneſtra* naſcebantur. 76 ſeparat. 77 rapta a Pelope, in Achaia regnante, & a quo Peloponneſus dicta eſt. 78 curru peregrino & Achaico Pelopis. 79 ex urbe Laconiæ Amyclis. 80 reddita eſt Caſtori & Polluci Helena in palæſtrae certamine a Theſeo rapta. 81 Athenienſi; a *Mopſopo* enim rege *Mopſopia* dicta eſt Attica. 82 Achaica, a Taenaro promontorio. 83 Caſtoris & Pollucis.

[84] Taenaris, [85] Idaeo trans aequor ab hoſpite rapta,
Argolicas pro ſe vertit in arma manus.
Vix equidem memini: memini tamen. omnia luctus,
Omnia ſolliciti plena timoris erant.
Flebat [86] avus, Phoebeque [87] ſoror, fratresque [88] gemelli:
Orabat ſuperos [89] Leda, [90] ſuumque Jovem.
Ipſa ego, non [91] longos etiam nunc ſciſſa capillos,
Clamabam, Sine me, me ſine, mater, abis?
Nam conjux [92] aberat. ne non [93] Pelopeïa credar,
Ecce [94] Neoptolemo praeda parata fui.
[95] Pelides utinam vitaſſet [96] Apollinis arcus!
Damnaret [97] nati facta proterva pater.

Nec

84 Helena. 85 *Idaeo ab hoſpite,* i. e. Paride, paſtore antea in Ida monte. 86 Tyndarus. 87 ſoror Helenae. 88 Caſtor & Pollux. 89 quae fuit Helenae mater. 90 qui eam compreſſerat. 91 quod adtinet ad capillos non longos. 92 Menelaus matris meae conjux. 93 eſſe de Pelopis genere. 94 Pyrrho, cognomine Neoptolemo. vox derivatur a νέος, *novus*, & πτόλεμος, ſeu πόλεμος, *bellum*, novumque militem denotat. 95 Achilles, Pyrrhi pater. 96 ſagittis non interfectus fuiſſet in templo Apollinis a Paride. 97 Pyrrhi filii.

Nec quondam [98] placuit, nec jam placuiſſet Achilli,
Abducta viduum conjuge flere virum.
Quae mea coeleſtes injuria fecit iniquos?
Quod mihi (vae miſerae) ſidus [99] obeſſe querar?
Parva mea ſine matre fui; pater arma [100] ferebat:
Et, duo [1] cum vivant, orba duobus eram.
Non tibi blanditias primis, mea mater, in annis
[2] Incerto dictas ore puella tuli.
Non ego [3] captavi brevibus tua colla lacertis:
Nec gremio ſedi ſarcina grata tuo.
Non cultûs tibi cura mei: nec pacta marito
Intravi thalamos, matre [4] parante, novos.
Obvia prodieram reduci tibi (vera fatebor)
Nec facies nobis nota parentis erat.
Te tamen eſſe Helenen, quod eras pulcherrima, ſenſi.

Ipſa

98 Nam abducta Briſeide ipſe dicitur fleviſſe. 99 eſſe inimicum. 100 pater Menelaus in bello Troiano erat. 1 licet viverent. 2 Elegantem *Minucii Felicis* locum ex Octavio c. 2, p. m. 3. adſcribam: Nam, inquit, negotii & viſendi mei gratia Romam contenderat, relicta domo, conjuge, liberis; & quod eſt in liberis amabilius, adhuc annis innocentibus, & adhuc *dimidiata verba* tentantibus, loquela ipſo offenſantis linguae fragmine dulciore. 3 amplexari volui, cupida fui te amplexandi extenſis brachiolis, ut petere matrum praeſertim amplexus liberos videmus. 4 a matre te paratos.

Ipſa requirebas, quae tibi nata foret.
Pars [5] haec una mihi conjux bene ceſſit Oreſtes:
Is quoque, ni pro [6] ſe pugnet, ademtus erit.
Pyrrhus habet raptam, reduce & victore parente:
[7] Munus & hoc nobis diruta Troja dedit.
Cum tamen altus equis Titan radiantibus inſtat,
Perfruor infelix [8] liberiore malo.
Nox [9] ubi me thalamis, ululantem & acerba gementem,
[10] Condidit, in moeſto procubuique toro;
Pro ſomno lacrimis oculi [11] funguntur obortis:
[12] Quaque licet, fugio ſicut ab hoſte, virum.
Sæpe malis [13] ſtupeo: rerumque oblita locique
Ignara tetigi [14] Scyria membra manu.
[15] Utque nefas ſenſi; malè corpora tacta relinquo:

Et

[5] Oreſtae coniugio tantum felix fui. [6] ne mihi eripiatur, vel ne ipſi ego auferar perpetuoque eo caream. [7] haec ex Troia capta utilitas ad me rediit, quod ablata tenear a Pyrrho. [8] interdiu non tam doleo me captivam & raptam teneri a Pyrrho, quam noctu. [9] poſtquam. [10] abſcondit, tegit. [11] profundunt lacrimas, quum debeant dormire. [12] qua ratione poſſum. [13] attonita ſum & ſenſu careo. [14] Pyrrhi, in Scyro inſula nati. [15] poſtea quam intellexi, me tangere illum, quem tangere nolebam.

Et mihi pollutas credor habere manus.
Sæpe Neoptolemi pro nomine, nomen Oreſtae
[16] Exit: & errorem vocis, ut omen, amo.
Per genus infelix juro, generiſque [17] parentem,
Qui freta, qui terras, qui ſua regna quatit;
Per patris oſſa tui, patrui mihi; quae tibi debent,
Quod ſe ſub tumulo [18] fortiter ulta jacent:
Aut ego praemoriar, primoque extinguar in aevo;
Aut ego [19] Tandalidae Tandalis uxor ero.

---

16 Sc. ex ore meo. 17 Jovem, Tantali patrem, qui frater erat mei patris. 18 occiſa matre Clytæmneſtra & Ægiſto. 19 tua uxor, qui os eodem genere prognatus.

EPISTOLA IX.

DEIANIRA HERCULI.

ARGUMENTUM.

Herculem Jupiter ex Alcumena, ſub forma Amphitryonis mariti oppreſſa, tribus noctibus in unam junctis, genuit. quem Euriſteus Rex Mycenarum Junonis aſtutia, ut ſic ille periret, ad arduos labores incitauit. Sed quum robore corporeo atque ingenio ualeret, ſemper uictor euaſit.

euaſit. inter quos Achelоum, Aetoliae fluuium, in uarias ſeſe uertentem figuras, ob Deianirae coniugium, in taurum tandem conuerſum debellauit. & profecto, quamuis reliqua monſtra uiriliter ſuperauerit, amori muliebri ſuccubuit. Nam quum Eurytus Rex Oechaliae Iolen filiam ſibi promiſſam denegaſſet, urbe capta, & Euryto occiſo, Iolen obtinuit, cuius amore ita caecatus eſt, ut ea jubente, leonis ſpolium & clauam depoſuerit, &, quod turpius eſt, inter Ioles pediſſequas cultu femineo indutus nere non erubuerit. et denique quidquid prius ſub Omphale Lydiae Regina, ex qua genuerat Lamum, tolerauerat, ea ſub Iole perpeſſus eſt. Quum igitur Deianira Oenei Regis Calydoniae filia, eius uxor, illum tam illecebri amore captum reſciuiſſet, ex uoluntate aduerſariorum factum uituperans ad eum ſcripſit. Ponit autem illi ante oculos egregia illa ſua priora facinora, ut comparatione infamiam apertiorem faciat. Sed quum inter ſcribendum accepiſſet nuntium de Herculis calamitate, ob veſtem Neſſi Centauri ſanguine intoxicatam a ſe miſſam, in qua uim reuocandi ab alienis amoribus ineſſe credebat, (id enim Neſſus illi in trajectu Eueni fluuii ſuaſerat, quum ab Hercule ſagitta Lernaeo ueneno infecta confoſſus eſſet) grauiſſimo dolore compreſſa, facinus ſuum

um

um purgando ut non ultro, ſed ut illum in ſui amore retineret, feciſſe videatur, de ſuſpendio delilerat.

[2] GRatulor [3] Oechaliam titulis accedere noſtris:
[4] Victorem [5] victae ſuccubuiſſe [6] queror.
Fama [7] Pelasgiadas ſubito pervenit in urbes
[8] Decolor, & factis [9] inficianda tuis;
Quem numquam [10] Juno, ſeriesque immenſa laborum
Fregerit; huic Iolen impoſuiſſe jugum.
Hoc [11] velit [12] Euryſtheus, velit hoc germana [13] Tonantis:
Laetaque ſit vitae labe [14] noverca tuae.

At

2 Laeta ſum, gratum mihi eſt. Gratulari eſt gratias agere, Terent. Heaut. V, 1, 7. Deinde quando amico aliquid *gratulamur*, diis grates agere volumus. hoc illud vel ei ceſſiſſe proſpere, eaque gratulatione *laetitiam* noſtram ob bonum, quod amico evenit, declaramus. Vid. Perizon. ad Sanctii Minervam p. 5. & Nicol. Diſpontinii elegantiſſima in Phaedrum conlectanea p. 200. 3 Euboeae urbem, Euryti ſedem, quam Hercules expugnavit, ob negatam ſibi Iolen, huiusque fratres interemit. 4 te Herculem. 5 Iolae. 6 amore victum fuiſſe. 7 Graecas, a Pelaſgia, regione Graeciae. 8 turpis. 9 a factis tuis prioribus abhorrens. 10 ſemper tibi inimica. 11 hoc facis ex voluntate inimicorum tuorum. 12 Mycaenarum, qui Herculi inperavit labores. 13 Jovis tonantis. Juno intelligitur, ſoror & coniux Jovis. 14 Juno. Hercules namque ab Jove ex Alcmena genitus eſt, & ſic Junonem novercam quaſi habuit.

At non ille [15] velit, cui nox (ſi creditur) una
Non [16] tanti, ut tantus conciperêre, fuit.
Plus tibi, quam Juno, nocuit Venus. [17] illa premendo
[18] Suſtulit: haec humili ſub pede colla tenet.
[19] Reſpice [20] vindicibus pacatum viribus orbem,
Qua latam [21] Nereus caerulus ambit humum.
Se tibi pax terrae, tibi ſe tota aequora debent:
Impleſti meritis Solis [22] utramque domum.
Quod te [23] laturum eſt, coelum prior ipſe tuliſti:
[24] Hercule ſuppoſito ſidera fulcit [25] Atlas.

Quid

15 Jupiter, qui te talem eſſe non vult. 16 non ſufficiens. Jupiter enim, quum Herculem gigneret, cum Alcmena iacuit una e nocte tribus factis. Ita quidem Poëtae tradunt, admodum lepide. 17 Juno te premendo & adfligendo. 18 magnum reddidit, exaltavit. 19 cogita. 20 viribus tuis pacatum & a monſtris tot tutum redditum. 21 Oceanus. i. e. per orbem univerſum. 22 orientem pariter & occidentem. 23 in quod es adſcenſurus. 24 cœlum tu ſuſtines poſt Atlantem. huic enim in aſtrologia ſucceſſit Hercules, quo factum eſt, ut a poëtis cœlum fulcire diceretur poſt Atlantem. 25 Uraniae filius hic fuit, Rex Mauretaniae, Aſtronomiae inventor. *Vid. Diod. Sicul.* lib. 3. *Vitruvius.* VI, 10. *Cicero* Tuſc. Quaeſt. V, 3. *Druſius* lib. pec. de Henocho cap. 17.

Quid niſi notitia eſt [26] miſero quæſita pudori,
Si macula ſtupri facta priora notas?
Tene ferunt geminos [27] preſſiſſe tenaciter angues,
Cum tener in cunis jam Jove dignus eras?
Coepiſti melius, quam deſinis. ultima primis
[28] Cedunt: diſſimiles, [29] hic vir, & [30] ille puer.
Quem non mille ferae, quem non [31] Sthenelëius hoſtis,
Non potuit Juno vincere; vincit Amor.
At bene nupta feror; quia nominer Herculis uxor:
[32] Sitque ſocer, rapidis qui donat altus equis.
Quam male inaequales veniant ad aratra juvenci,
[33] Tam premitur magno conjuge nupta minor.

26 Nihil aliud tibi quaeſiſti fortibus factis tuis, quam notitiam pudoris ſeu facti turpiſſimi. i. e. quo clarior es, hoc magis noſcitur turpis amor tuus. in magnis enim viris turpis labes videtur ſtatim ab omnibus & adtenditur. 27 eliſiſſe, interfeciſſe. 28 peiora ſunt, 29 tu qui vir jam es. 30 tu, qui antea puer eras. 31 Eryſtheus Sthenelei fil. 32 & quia Jupiter ſit ſocer. 33 tam non eſt conveniens matrimonium, ubi uxor marito conditione minor eſt.

Non honor eſt, ſed onus; [34] ſpecies laeſura [35] ferentem.
Si [36] qua voles apte nubere, nube pari.
Vir mihi ſemper abeſt; & conjuge notior hoſpes
Monſtraque, terribiles perſequiturque feras.
Ipſa domo vidua, votis [37] operata pudicis,
[38] Torqueor; infeſto ne vir ab hoſte cadat.
Inter ſerpentes, aprosque, avidosque leones
[39] Jactor, & [40] eſuros terna per ora canes.
Me pecudum [41] fibrae, ſimulacraque inania ſomni,
Ominaque arcana nocte [42] petita [43] movent.
Aucupor infelix incertae murmura famae:
Speque [44] timor dubia, ſpesque timore cadit.
[45] Mater abeſt; queriturque [46] Deo placuiſſe potenti.

Nec

34 Dignitas. 35 laedens, qui habet eam. 36 ſi qua mulier nubere convenienti ratione velis. 37 quae ſacra facio domi & vota pro viro ſuſcipio, precorque pro eius ſalute. 38 miſera ſum, vereor, ne. 39 cogitatione verſor. 40 Herculem tricipitem dicit. 41 exta a me inſpecta. 42 capta nocte, curarum inprimis plena. 43 terrent. 44 timere interdum de te deſino ſpe dubia ducta. 45 Alcmena. 46 queritur ſe ab Jove fuiſſe amatam & cognitam ſtupro.

Nec pater [47] Amphitryon, nec puer [48] Hyllus adeſt.
[49] Arbiter Euryſtheus irae Junonis iniquae
Sentitur nobis, iraque longa [50] Deae.
Haec mihi ferre [51] parum eſt: peregrinos addis amores:
Et [52] mater de te quaelibet eſſe poteſt.
Non ego [53] Partheniis [54] temeratam vallibus [55] Augen,
Nec referam partus, [56] Ormeni nympha, tuos
Non tibi crimen erunt [57] Teuthrantia turba ſorores:
Quarum de populo nulla [58] relicta tibi.
[59] Una, recens crimen, praefertur adultera nobis;
Unde ego ſum Lydo facta noverca [60] Lamo.

[61] Mae-

47 Qui cum Cephalo contra Theleboas & Taphios pugnavit. 48 ex Deianira & Hercule natus. Omnes vero in exſilium miſerat Euryſtheus. 49 qui facit a Junone ſibi inperata. 50 Junonis. 51 non ſufficit tibi, me iſthaec pati. 52 quamlibet forte obvenientem comprimis ſtupro & amas. 53 Arcadicis. 54 compreſſam. 55 Alei haec regis Arcadum filia fuit, & ex Hercule Telephum peperit. 56 Aſtydamia, Ormenii Regis filia, ex qua Hercules Cteſippum genuit. 57 non referam & vitio tibi vertam ſtupratas a te adhuc puero una nocte quinquaginta filias Theſpii Athenienſis. *Theutrantia turba* iſthae dicuntur a Theutranto Atticæ oppido. 58 quarum ſingulas ſtupraſti, ſuperque eas palpitaſti. 59 Omphale, Lydorum Regina. 60 quem genuit ex Omphale Hercules.

[61] Maeandros, totiès qui terris errat in iſdem,
Qui laſſas in ſe ſaepe retorquet aquas:
Vidit in Herculeo ſuſpenſa [62] monilia collo;
[63] Illo, cui coelum ſarcina parva fuit.
Non puduit fortes auro [64] cohibere lacertos,
Et ſolidis gemmas adpoſuiſſe [65] toris.
Nempe ſub his [66] animam peſtis [67] Nemeêa lacertis
Edidit: unde humerus tegmina laevus habet.
Auſus es hirſutos [68] mitra redimire capillos:
Aptior Herculeae [69] populus alba comae.
Nec te [70] Maeonia, laſcivae more puellae,
Incingi zona dedecuiſſe putas?
Non tibi ſuccurrit crudi [71] Diomedis imago,
Efferus humana qui dape [72] pavit equas?

Si

61 Cariae, quae Lydiae vicina regio eſt, fluvius. 62 mulierum ornamenta. 63 in collo eo, qui cœlum, ceu ſarcinam levem portavit. 64 aureis manicis adſtringere. 65 membris toroſis. 66 animam efflavit a te interfecta. 67 leo, quem interfecit Hercules in ſilva Nemeea, cujusque pellem geſtavit. 68 ornamento muliebri, e quo faſciolae dependebant. 69 e populo alba corona facta potius te decebat. 70 Lydia, Omphales. 71 Thraciae tyranni. 72 id negat Palaephatus c. 4. atque γελοῖον, *perquam ridiculum*, vocat. rei vero veritatem ſic ſe habere ait: Τῶν παλαιῶν, inquit, ἀνθρώπων ὄντων αὐτουργῶν, καὶ τροφὴν καὶ περιουσίαν πλείστην κεκτημένων, ἅτε τὴν γῆν ἐργαζομένων. ἱπποτροφεῖν τε ἐπελά-

βετο,

Si te vidiſſet cultu [73] Buſiris in iſto;
Huic victor victo nempe pudendus eras.
Detrahat [74] Antaeus duro redimicula collo;
Ne pigeat molli [75] ſuccubuiſſe viro.
Inter [76] Iöniacas calathum tenuiſſe puellas
Diceris; & [77] dominae pertimuiſſe minas,
Non fugis, Alcide, victricem mille laborum
[78] Raſilibus calathis impoſuiſſe manum?
Craſſaque robuſto deducis pollice fila,
[79] Aequaque famoſae penſa rependis herae?

Ah

βετο, καὶ μέχρι τούτου ἵπποις ἥδετο, ἕως οὗ τὰ αὐτοῦ ἀπώλεσε, καὶ πάντα πωλῶν κατηνάλωσεν εἰς τὴν τῶν ἵππων τροφήν. Οἱ οὖν φίλοι τοὺς ἵππους ἀνδροφάγους ὠνόμασαν, οὗ γενομένου προήχθη ὁ μῦθος, *Quum antiqui illi omnes eſſent operarii, & victu ceteriſque id genus opibus abundarent, ut qui terram ipſi colerent, equos coepit alere Diomedes, quibus tantiſper gaudebat, donec omnia perdidit, & divendita in equorum alimentum conſumſit. Amici proinde equos adpellabant hominivoros. atque hinc fabula originem duxit.* 73 Aegypti Rex, qui quum Herculem vellet inmolare, ab eo interfectus eſt. 74 detraheret. *Antaeus* luctator fortiſſimus in Lydia, quem vicit Hercules. Terrae filius erat, & quamdiu contingeret terram, viribus ab ea, matre, acceptis, erat invictus. quum ab Hercule teneretur ſuſpenſus, ſuperatus eſt. Vid. *Lucan.* IV, 610. *Hygin.* 31. 75 vinci a molli te viro & muliebri amore nimium capto. 76 Omphales pediſſequas. 77 Omphales. 78 politis, lævigatis. Raſile buxum *Virgilius* dicit Georg. II, 449. adde *Vellei. Paterc.* 2, 56. 79 tanta, quanta perficienda acceperas.

Ah quoties, digitis dum torques ſtamina duris,
  Praevalidae fuſos [80] comminuere manus.
Crederis, infelix, ſcuticae tremefactus [81] habenis,
  Ante pedes dominae procubuiſſe tuae.
Eximias pompas, praeconia ſumma triumphi,
  Factaque narrabas [82] diſſimulanda tibi.
[83] Scilicet immanes eliſis faucibus hydros
  Infantem cunis involüiſſe manum?
Ut [84] Tegeëus aper cupreſſifero [85] Erymantho
  Incubet, & vaſto pondere [86] laedat humum?
Non tibi [87] Threïciis adfixa penatibus [88] ora,
  Non hominum pingues caede tacentur equae?
Prodigiumque [89] triplex, armenti dives [90] Iberi
  Geryones; quamvis in [91] tribus unus erat?

In.

80 Fregerunt. 81 loris. 82 quae melius tacuiſſes iſto habitu. 83 narras inter feminas & penſa. 84 Arcadicus, a *Tegea* ſeu *Tegeo*, Arcadiae oppido. 85 in monte Erymantho in Arcadia. 86 premat. 87 Diomedis aedibus. 88 capita. 89 Tricorpor Geryones, Rex Hiſpan. in Gadibus, quem Hercules interfecit, armentaque eius abegit. 90 Hiſpani. *Iberia* enim Hiſpania dicitur. 91 quamvis unus eſſet, & tria haberet corpora. *Vid. Palaephatum* cap. XXV. & ibi Pauli Patris eruditiſſimam notam.

Inque canes [92] totidem trunco digeſtus ab uno
Cerberos, implicitis angue [93] minante comis?
Quaeque redundabat fecundo [94] vulnere ſerpens
Fertilis, & damnis dives ab ipſa ſuis?
[95] Quique inter [96] laevumque latus, laevumque lacertum,
Praegrave compreſſa [97] fauce pependit onus?
Et [98] male confiſum pedibus formaque [99] bimembri
Pulſum Theſſalicis agmen equeſtre jugis?
Haec tu [100] Sidonio potes inſignitus amictu
[1] Dicere? non [2] cultu lingua retenta ſilet?
Se quoque Nympha tuis ornavit [3] Iardanis armis,
Et tulit [4] è capto [5] nota tropaea viro.
I nunc, tolle animos, & fortia facta recenſe.
Quod tu non [6] eſſes jure, vir illa fuit.

Qua

92 Scil. tres. 93 cuius pili erant angues. 94 Hydra Lernaea, multa habens capita, quorum caeſis ſingulis duo renaſcebantur. Eam vicit etiam Hercules. 95 Antaeus. 96 laeva ſubiatum & compreſſum. 97 eliſis faucibus. 98 inutiliter. 99 Centauros intellige. de quibus *Palaephatus* Cap. I. 100 purpureo. Sidon urbs Phoeniciae, purpura nobiliſſima. 1 referre inter nentes mulierculas. 2 ornatu te talem virum non decente. 3 Omphale Iardani filia. 4 ex te, quem amore ſuo cepit. 5 celebria. 6 eſſe non mereres.

Qua [7] tanto minor es, quanto te, maxime rerum,
Quam quos viciſti, vincere majus erat.
Illi [8] procedit rerum [9] menſura tuarum.
[10] Cede bonis: heres laudis amica tuae.
Pro pudor! hirſuti coſtas [11] exuta leonis
Aſpera texerunt vellera [12] molle latus.
Falleris, & neſcis: non ſunt ſpolia iſta leonis,
Sed tua, tuque [13] feri victor es; illa [14] tui.
Femina tela tulit Lernaeis [15] atra venenis,
Ferre [16] gravem lana vix ſatis apta colum:
Inſtruxitque manum clava domitrice ferarum:
Vidit & in ſpeculo conjugis arma ſui.
Haec tamen audieram: [17] licuit non credere famae.
En venit ad ſenſus mollis ab [18] aure dolor.
Ante meos oculos adducitur advena [19] pellex:
Nec mihi, quae patior, diſſimulare licet.

Non

7 Omphale. 8 Omphales laudi accedit gloria rerum a te geſtarum. 9 magnitudo. 10 noli iactitare laudes tuas. 11 ad coſtas quod adtinet, coſtis detracta. 12 femineum, Omphales. 13 leonis. 14 Omphale. 15 infecta. 16 plenam. 17 potui. 18 poſtquam adivi plura de te turpiſſime acta, video etiam eiusmodi, quae te maxime ſunt indigna. 19 Iole.

Non ſinis [20] averti; mediam captiva per [21] urbem
Invitis oculis adſpicienda venit.
Nec venit incultis, captarum more, capillis,
Fortunam vultus [22] faſſa tegendo ſuos.
Ingreditur latè lato ſpectabilis auro:
[23] Qualiter in Phrygia tu quoque cultus eras.
[24] Dat vultum populo [25] ſublime ſub Hercule victo [26]:
Oechaliam vivo ſtare [27] parente putes.
Forſitan &, pulſa [28] Aetolide Deïanira,
Nomine depoſito pellicis, uxor [29] erit:
Eurytidosque Iöles, atque inſani Alcidae
Turpia [30] famoſus corpora junget Hymen.
Mens fugit [31] admonitu, frigusque perambulat artus,
Et jacet in gremio languida facta manus.
Me quoque cum multis, ſed me [32] ſine crimine, amaſti:
Ne pigeat, pugnae bis [33] tibi cauſſa fui.

Cor-

20 Sc. a me, amoveri. 21 Tirynthem, ubi erat Deianira. 22 demonſtrans tegendo vultum: 23 quem ad modum: 24 oſtendit: 25 alte, ſublimiter, cum faſtu. 26 ſc. a ſe. 27 Euryto, Ioles patre. 28 quae eſt ex Aetolia. 29 ſc. tua. 30 infame matrimonium. 31 quando cogito, vereorque, ne me relinquas Iole ducta: 32 ut uxorem, non ut adulteram. 33 ſemel quidem cum Acheloo, dein vero cum Neſſo Centauro pugnavit Hercules pro Deianira.

Cornua flens [34] legit ripis Achelous in udis,
Truncaque limoſa [35] tempora merſit aqua.
[36] Semivir occubuit in letifero [37] Eveno
Neſſus; & infecit ſanguis [38] equinus aquas.
Sed quid ego haec refero; ſcribenti nuntia venit
Fama, virum tunicae [39] tabe perire meae.
Heu mihi! quid feci? quo me furor egit amantem?
Impia quid dubitas Deïanira mori?
An tuus in media conjux lacerabitur [40] Oeta?
Tu, ſceleris tanti cauſſa, ſuperſtes eris?
Si quid adhuc habeo facti, cur Herculis uxor
Credar; conjugii mors mihi [41] pignus erit.
Tu quoque cognoſces in me, [42] Meleagre, ſororem.
[43] Impia quid dubitas Deïanira mori?

Heu

34 Fracta collegit. i. e. fregiſti Acheloo cornua, quum ſub forma tauri tecum pugnaret. *Metamorph.* 9, 80. 35 caput. 36 Neſſus Centaurus. 37 Caledoniae fluu. 38 Semiequus enim ſeu Centaurus erat Neſſus. 39 veneno. Deïanira enim tunicam Herculi miſerat Neſſi ſanguine veneñato infectam. 40 monte Theſſaliae, in quo combuſtus eſt Hercules. 41 demonſtrabo morte mea, me Herculis fuiſſe uxorem. 42 ut tu, propter amorem Atalantae, ſic ego ob Herculis amorem moriar, itaque demonſtrabo me tuam eſſe ſororem. 43 verſus eſt intercalaris, uti vocant Grammatici.

Heu [44] devota domus! ſolio ſedet [45] Agrios alto:
Oenea deſertum nuda [46] ſenecta premit.
Exulat ignotis [47] Tydeus germanus in oris.
[48] Alter fatali vivus in igne fuit.
[49] Exegit ferrum ſua per praecordia mater:
Impia quid dubitas Deïanira mori?
[50] Deprecor hoc unum, per jura ſacerrima lecti;
Ne videar fatis inſidiata tuis.
Neſſus, [51] ut eſt avidum percuſſus arundine pectus,
[52] Hic, dixit, vires ſanguis amoris habet.
Illita Neſſeo miſi tibi [53] texta veneno.
Impia quid dubitas Deïanira mori?
Jamque vale, ſeniorque pater [54] germanaque Gorge,
Et patria, & patriae [55] frater ademte tuae.

Et

44 Infelix. 45 Agrius occupavit regnum Aetoliae diſperſa Oeneï domo. 46 orbata, egena. 47 meus frater. 48 Meleager, quem Althea mater cum ligno, in quo vita Meleagri conſiſtebat, quodque a Parca acceperat Althea quum Meleager naſceretur, quem Althea una cum fatali eo ſtipite combuſſit. 49 gladio ſe interfecit. 50 vehementer etiam atque etiam te rogo, ne putes me inſidiatam eſſe tibi. 51 poſtquam pectus ejus mei avidum amoris percuſſum a te eſſet ſagitta. 52 qui fluit e vulnere meo. 53 veſtem ſanguine veneno hydrae Lernææ mixto infectam. 54 ſoror mea. 55 Tydeu.

Et tu, lux 56 oculis hodierna 57 noviſſima noſtris,
Virque, (ſed ô 58 poſſis!) & 59 puer Hylle, vale.

56 Dies. 57 ultima. 58 ſc. valere. 59 fili.

EPISTOLA X.

ARIADNE THESEO.

ARGUMENTUM.

Minos Jovis & Europae filius Cretenſis Rex, ob Androgeum filium ab Athenienſibus doloſe occiſum, illos tandem poſt acria bella coegit, ut ſibi poenas penderent quotannis pueros ſeptem & totidem uirgines mittere, ut Minotauro, quem arte Daedali Paſiphae ex tauro genuerat, dum eius maritus Minos cum Athenienſibus bellum gereret, deuorandi traderentur. Quum uero ſors Theſeo contigiſſet, ab Ariadne edoctus eſt, quonam pacto, interfecto Minotauro ex labyrintheis ambagibus egrederetur. Errabunda regens tenui ueſtigia filo, *ut ait Catullus. Theſeus autem Creta cum Ariadne & Phaedra diſcedens, in Naxum inſulam delatus eſt, ubi a Baccho monitus eſt, ut Ariadnen relinqueret, qui Dei timore perculſus dum altiſſimo*

ſomno preſſam animaduerteret, puellam dimiſit. Quamprimum igitur expergefacta eſt, hanc epiſtolam ſcripſit, in qua de crudelitate & duritia Theſei ac beneficiorum ingratitudine conqueritur, eum poſt multas lamentationes & querelas rogando, ut nauem ad eum flectat.

Mitius inveni, quam te, genus omne ferarum:
[2] Credita non ulli, quam tibi, pejus eram.
Quae legis, ex illo, Theſeu, tibi litore mitto:
Unde tuam ſine [3] me vela tulere ratem.
In quo me ſomnusque meus male prodidit, & tu [4],
Per facinus ſomnis inſidiate meis.
Tempus erat, vitrea [5] quo primum terra pruina
Spargitur, & tectae fronde [6] queruntur aves.
Incertum vigilans, à ſomno languida, movi
Theſea preſſuras ſemiſupina manus.
Nullus [7] erat; [8] referoque manus, iterumque retento,
Perque torum moveo brachia: nullus erat.

Ex-

2 Tradita, commiſſa. 3 me relicta. 4 ſc. prodidiſti. 5 ut vitrum ſplendens. 6 canunt. Deſcriptio veris, vel matutini crepuſculi. 7 non aderat Theſeus. 8 retraho extendoque iterum.

Excuſſere metus ſomnum. conterrita ſurgo:
Membraque ſunt viduo [9] praecipitata toro.
Protinus [10] adductis ſonuerunt pectora palmis:
Utque erat à ſomno turbida, [11] rapta coma eſt.
Luna [12] fuit: ſpecto, [13] ſi quid, [14] niſi litora, cernam.
Quod videant oculi, nil, niſi litus, habent.
Nunc huc, nunc illuc, & utroque, ſine ordine, curro:
Alta puellares tardat arena [15] pedes.
Interea toto clamanti litore, Theſeu,
Reddebant nomen concava [16] ſaxa tuum:
Et quoties ego te, toties locus ipſe vocabat.
Ipſe locus miſerae [17] ferre volebat opem.
Mons fuit; adparent frutices in vertice rari.
Hinc ſcopulus raucis pendet adeſus aquis.
Adſcendo, (vires animus dabat) atque ita late
Aequora proſpectu metior alta meo.
Inde ego (nam ventis quoque ſum [18] crudelibus uſa)
Vidi praecipiti carbaſa [19] tenta noto.

Aut

9 Celeriter ſurrexi. 10 admotis. 11 direpta, lacerata. 12 ſplenduit. 13 an poſſim cernere. 14 praeter littora. 15 littoris nempe, quae currentibus impedimento eſt. 16 Echo. 17 me adiuvare clamando, ut hoc citius audires. 18 crudeles fuere, quia cito te auferebant. 19 vela ſinuata & aura extenſa.

Aut vidi : aut etiam, cum me vidiſſe putarem,
Frigidior glacie ſemanimisque fui.
Nec languere diu patitur dolor. excitor illo [20],
Excitor ; & ſumma [21] Theſea voce voco.
Quo fugis ? exclamo : ſcelerate, revertere, Theſeu.
Flecte ratem. [22] numerum non habet illa ſuum.
Haec ego. quod voci deerat, plangore [23] replebam.
[24] Verbera cum verbis mixta fuere meis.
Si non audires, ut ſaltem cernere poſſes,
[25] Jactatae late ſigna dedere manus.
Candidaque impoſui longae [26] velamina [27] virgae,
Scilicet [28] oblitos admonitura mei.
Jamque oculis ereptus eras : tum denique flevi.
[29] Torpuerant molles ante dolore genae.
Quid potius facerent, quam me mea [30] lumina flerent,
Poſtquam deſierant vela videre tua ?

Aut

20 Sc. dolore. 21 quam poſſum maxima. 22 non omnes, qui debebant, in ea ſunt, & ipſa adhuc deſum. 23 percuſſione pectoris explebam. 24 queis pectus percutiebam. 25 commotae manus meae dedere tibi ſigna, ut, ſi non audires, ſaltim cerneres. 26 veſtem. 27 conto. 28 te ſociosque. 29 lacrimas prae dolore non emiſerant. 30 oculi.

Aut ego diffuſis erravi ſola capillis,
  Qualis ob [31] Ogygio concita [32] Baccha Deo:
Aut mare proſpiciens in ſaxo frigida ſedi:
  Quamque lapis [33] ſedes, tam lapis ipſa fui.
Saepe torum repeto, qui nos acceperat ambos;
  Sed non acceptos exhibiturus erat.
Et tua, qua poſſum, pro te, veſtigia tango;
  Strataque, quae membris [34] intepuere tuis.
Incumbo; lacrimiſque toro [35] manante profuſis,
  Preſſimus, exclamo, te duo: redde duos.
Venimus huc ambo: cur non diſcedimus ambo?
  Perfide, pars noſtri, lectule, major ubi eſt?
Quid faciam? quo ſola ferar? vacat [36] inſula cultu.
  Non hominum video, non ego facta boum.
Omne latus terrae cingit mare. navita nuſquam [37]:
  Nulla per ambiguas puppis itura vias.
Finge dari comiteſque mihi, ventoſque, ratemque;
  Quid ſequar? acceſſus terra paterna negat.

Ut

31 Thebano Baccho. Ogygius Rex Thebarum fuit. 32 mulier Baccho ſacra faciens. 33 & quam ſedes lapis ſeu lapidea fuit, tam, *reliqua*. 34 calida fuerant facta. 35 quae manabant in torum. 36 non incolitur. 37 ſc. eſt.

Ut rate felici pacata per aequora [38] labar;
Temperet ut ventos Aeolus; exul ero.
Non ego te, Crete, centum [39] digeſta per urbes,
Adſpiciam, puero [40] cognita terra Jovi.
Nam pater, & tellus juſto regnata [41] parenti,
Prodita ſunt facto, nomina cara, meo.
Cum tibi, ne [42] victor tecto morerere [43] recurvo,
Quae regerent paſſus, pro duce fila dedi.
Cum mihi dicebas, Per ego ipſa pericula juro,
Te fore, dum noſtrum vivet uterque, meam.
Vivimus: & non ſum, Theſeu, tua. ſi modo vivis,
Femina, perjuri fraude [44] ſepulta viri.
Me quoque, qua [45] fratrem, [46] mactaſſes, improbe, clava.
Eſſet, quam dederas, morte [47] ſoluta fides.
Nunc ego non tantum, quae ſum [48] paſſura, recordor;
Sed quaecumque poteſt ulla relicta pati.

Occur-

38 Licet navigem. 39 diſtincta in centum urbes. 40 quia hic Jupiter eſt nutritus, uti ſupra diximus. 41 Minoi. 42 Minotauri ſc. 43 Labyrintho. 44 quae quaſi mortua es dolore ob fraudem Theſei. 45 Minotaurum. 46 ſi occidiſſes. 47 fides coniugii ſoluta eſſet morte, quae omnia, ut JCti dicunt, ſolvit. 48 revera ſc.

Occurrunt animo pereundi mille [49] figurae:
Morsque minus [50] poenae, quam mora [51] mortis, habet.
Jam jam venturos aut hac, aut ſuſpicor illac,
Qui lanient avido viſcera dente, lupos.
Forſitan & fulvos tellus alat [52] iſta leones.
Quis ſcit, an haec ſaevas tigridas inſula habet?
Et freta dicuntur magnas [53] expellere [54] phocas.
Quid vetat & gladios per latus ire meum?
Tantum ne religer dura captiva catena;
Neve [55] traham ſervâ grandia penſa manu:
Cui pater eſt Minos, cui mater filia [56] Phoebi:
Quodque magis memini, [57] quæ tibi pacta fui.
Si mare, ſi terras, [58] porrectaque litora [59] vidi;
Multa mihi terrae, multa minantur aquae.
Coelum [60] reſtabat. timeo [61] ſimulacra Deorum.
Deſtituor rapidis praeda cibusque feris.
Sive colunt habitantque [62] viri, diffidimus illis.
[63] Externos didici laeſa timere viros.

Vive-

49 Modi. 50 minus eſt gravis. 51 dilatio. 52 haec tellus, ubi ſum. 53 eiicere in littus. 54 marinos vitulos. 55 deducam colo. 56 Paſiphaë. 57 ego, quæ tibi fui pacta, quod magis memini. 58 longa. 59 adſpicio. 60 unde mihi forte mali nihil timendum eſſe poterat. 61 figuras, in quas mutare ſe dii dicuntur. 62 ſc. hanc inſulam. 63 peregrinos.

Viveret [64] Androgeos utinam: nec [65] facta luiſſes
Impia [66] funeribus, Cecropi [67] terra, tuis!
Nec tua mactaſſet nodoſo ſtipite, Theſeu,
[68] Ardua parte virum dextera, parte [69] bovem!
Nec tibi, quae reditus monſtrarent, fila dediſſem;
Fila per [70] adductas ſaepe recepta manus!
Non equidem miror, ſi ſtat victoria [71] tecum.
Strataque Cretaeam [72] bellua tinxit humum,
Non poterant [73] figi praecordia [74] ferrea cornu [75]:
[76] Ut te non [77] tegeres, pectore tutus eras.
Illic tu ſilices, illic adamanta tuliſti:

78 Il-

64 Hic ex Minois liberis erat, ab Aegeo patre Theſei interemtus. qua de cauſſa bellum Athenienſibus Minos intulit, victosque quotannis iuſſit mittere Minotauro devorandos ſeptem filios filiasque totidem. Quumque ad perimendum Minotaurum Theſeus navigaſſet, Ariadnes ope ſua perfecit. Igitur dicit hoc loco Ariadne, ſi Androgeos adhuc viveret, nec tu, Theſeu, veniſſes in Cretam inſulam & me decepiſſes. 65 mortem Androgei. 66 liberis miſſis Minotauro. 67 Athenienſis, a Cecrope Athenarum rege ſublata. 68 in altum ad maiorem ictum inferendum. 69 i. e. Minotaurum. 70 retractas. 71 ſi victor fuiſti. 72 Minotaurus proſtratus. 73 vulnerari. 74 tua ſc. 75 cornu Minotauri. 76 quamvis. 77 munires.

[78] Illic, qui ſilices, Theſea, vincat, habes.
Crudeles ſomni, qui me tenuiſtis [79] inertem?
At [80] ſemel aeterna nocte premenda fui.
Vos quoque, crudeles venti, nimiumque parati [81],
Flaminaque, in lacrimas [82] officioſa meas.
Dextera [83] crudelis, quae [84] me [85] fratremque necavit:
Et data [86] poſcenti, nomen [87] inane, fides.
In me jurarunt ſomnus, ventusque, fidesque.
Prodita ſum cauſſis una puella tribus.
Ergo ego nec lacrimas [88] matris moritura videbo:
Nec, mea qui digitus lumina [89] condat, erit?
Spiritus infelix peregrinas ibit in auras:
Nec [90] poſitos artus [91] unguet amica manus?

Oſſa

78 Illic, nempe in pectore, habes Theſea, i. e. feritatem magnam, qui vincat ſilices. 79 non ſentientem, ſopitam. 80 ille ſomnus debebat eſſe æternus & mors mea, ne iam dolore tanto crucier. 81 ad Theſea mihi auferendum. 82 promta ad exprimendas lacrimas meis oculis. 83 Theſei. 84 quae cauſſa fuit mortis meae. 85 Minotaurum. 86 a te mihi. 87 res vana, effectu carens. 88 mortem meam deflentis. 89 claudat. De ritu diximus ad Epiſt. ex Ponto. 90 depoſitos. nam *deponi* ſeu *poni* dicebantur deſperate aegri aut recens mortui. Scilicet de ſublimiori lecto conlocabantur humi. 91 rectius ita ſcribitur pro *unget*. Diverſae tamen ſententiae ſunt Grammatici. *Vid. Orthographiam Cellarii* p. m. 155.

Oſſa [92] ſuperſtabunt volucres inhumata marinae?
[93] Haec ſunt officiis digna ſepulcra meis?
[94] Ibis Cecropios portus, patriaque receptus
Cum ſteteris urbis celſus in arce tuae,
Et [95] bene narraris letum taurique [96] virique,
Sectaque per [97] dubias ſaxea tecta vias;
Me quoque narrato [98] ſola tellure relictam?
Non ego ſum titulis [99] ſubripienda tuis.
Nec pater [100] eſt Aegeus; nec tu [1] Pittheïdos Aethrae
Filius [2]; auctores [3] ſaxa fretumque tui.
Dî facerent, ut me ſumma de puppe videres!
Moviſſet vultus moeſta [4] figura tuos.
Nunc quoque non oculis, ſed, qua potes, adſpice [5] mente.
[6] Haerentem ſcopulo, quem vaga pulſat aqua.

Ad-

92 Volucres marinae ſtabunt ſuper corpus meum non ſepultum illudque laniabunt. 93 an haec ſepulcra digna ſunt meis in te meritis. 94 intrabis in portum Athenarum Piraeum. 95 quum. 96 Minotauri. 97 labyrinthum. 98 inſula Naxo habitatoribus carente. 99 omittenda, ſed addenda rebus tuis geſtis. 100 ſc. tuus. 1 Pitthei filiae. 2 ſc. es. 3 ſed parentes tui ſaxa ſunt & fretum. Oſtendit inhumanitatem Theſei. 4 ſc. mea, adſpectus triſtis & miſerabilis. 5 ſc. me. 6 ſtantem.

Adſpice [7] demiſſos lugentis in ore capillos;
Et tunicas lacrimis, ſicut ab imbre, graves.
Corpus, ut [8] impulſae ſegetes [9] Aquilonibus, [10] horret:
Literaque [11] articulo preſſa tremente [12] labat.
Non te per [13] meritum, quoniam male [14] ceſſit, [15] adoro.
Debita ſit facto gratia nulla meo:
Sed nec poena quidem [16]. ſi non ego cauſſa ſalutis [17],
Non tamen eſt, cur ſis tu mihi cauſſa necis.
Has tibi, plangendo lugubria pectora laſſas,
Infelix tendo trans freta longa manus.
Hos tibi, qui [18] ſuperant, oſtendo moeſta capillos
Per lacrimas oro, quas tua [19] facta movent:
Flecte ratem, Theſeu; verſoque [20] relabere velo.
Si prius [21] occidero [22]; tu tamen oſſa [23] leges.

EPI-

7 Sparſos per humeros & vultum. 8 motae. 9 ventis. poſita pro genere ſpecie. 10 tremit. 11 digito impreſſa cerae, ſcripta. 12 ductum litterarum iuſtum & ordinem figuramque non obſervo ſcribens. 13 beneficium tibi praeſtitum. 14 quum male id collocarim. 15 rogo, oro. 16 ſc. ſit meo facto. 17 ſc. tibi fui, ut forſan putas. 18 reſtant, ſuperſunt. 19 crudelitas, qua me deſeruiſti. 20 retro naviga. 21 quam redeas ad me recipiendam. 22 fuero mortua. 23 colliges.

EPISTOLA XI.
CANACE MACAREO.

ARGVMENTVM.

Macareus & Canace, Aeoli Regis uentorum filii, quum turpiter ſe amarent, & conſanguinitatis praetextu culpam tegentes concumberent, Canace filium peperit, quem dum clam e regia per nutricem emitteret, ut aleretur, infelix infans ſuo uagitu ſe auo prodidit, qui filiorum incenſus ſcelere, innocuum infantem iuſſit canibus exponi, & per ſatellitem Canacae gladium miſit, quo illa pro meritis uteretur, quo ſe interfeciſſe creditur. Sed prius quam moreretur, Macareo, qui iam in templum Apollinis Delphici aufugerat, hac epiſtola caſum ſuum narrauit, illum precando, ut expoſiti infantis oſſa legat, & una cum ſuis urna componat.

[2] SI qua tamen [3] caecis [4] errabunt ſcripta lituris;
Oblitus à [5] dominae caede [6] libellus erit.

Dex-

2 Intellige: *Mitto ad te hanc epiſtolam; at ſi tamen, reliqua.* 3 obſcuris, quae legi non bene poſſunt. 4 vacillabunt, rectum ordinem non habebunt. 5 mea Canaces. propter meam caedem. 6 epiſtola.

Dextra tenet calamum; ſtrictum tenet altera ferrum,
Et jacet in gremio charta [7] ſoluta meo.
Haec eſt [8] Aeolidos fratri ſcribentis imago:
[9] Sic videor duro poſſe placere patri.
Ipſe necis cuperem noſtrae ſpectator adeſſet;
[10] Auctoriſque [11] oculis [12] exigeretur [13] opus.
Ut ferus eſt, multoque [14] ſuis truculentior Euris,
Spectaſſet ſiccis [15] vulnera noſtra [16] genis.
Scilicet eſt [17] aliquid, cum ſaevis vivere ventis:
[18] Ingenio [19] populi convenit [20] ille ſui.
Ille Noto Zephyroque, & [21] Sithonio Aquiloni
Imperat, & pennis, Eure proterve, tuis.
Imperat (heu) ventis; tumidae non imperat irae:
Poſſidet & vitiis [22] regna minora ſuis.

Quid

7 Explicata, aperta, nondum conplicata. 8 Æoli filiae. 9 enſe ad necem meam parato. 10 patris, qui eſt cauſſa & auctor necis meae. 11 in conſpectu parentis. 12 efficeretur. 13 mors, cædes mea. 14 quos habet in ſua poteſtate Æolus. 15 caedem meam. 16 ſine lacrimarum profuſione. 17 multum facit ad feritatem & truculentiam animi. 18 naturae. 19 ventorum, quos habet in ſua poteſtate. 20 Æolus, meus pater. 21 Thracio, a Sithone monte Thraciae. flat autem Aquilo ex Thracia. 22 minori labore inperat ventis, quam irae & ſuis vitiis.

Quid juvat, [23] admotam per avorum nomina coelo,
Inter cognatos poſſe referre Jovem?
Num [24] minus infeſtum, funebria munera, ferrum
Feminea teneo, non [25] mea tela, manu?
O utinam, Macareu, quae nos commiſit [26] in unum,
Veniſſet leto [27] ſerior hora meo!
Cur umquam plus me, frater, quam frater amaſti?
Et [28] tibi, non debet quod ſoror eſſe, fui?
Ipſa quoque [29] incalui: qualemque [30] audire ſolebam,
Neſcio quem ſenſi corde tepente [31] Deum.
Fugerat ore color: [32] macies [33] adduxerat artus:
Sumebant minimos ora [34] coacta cibos.
Nec ſomni faciles, & nox erat [35] annua nobis:
Et gemitum nullo [36] laeſa dolore dabam.

Nec

23 Coniunctam me & adfinem cœleſtibus. 24 num ideo non, vel minus. i. e. nihilo ſecius vel minus. 25 mihi convenientia. 26 coniunxit nos, i. e. qua concubuimus aut amare nos perdite cœpimus. 27 poſt letum, i. e. utinam prius forem mortua, quam me cognoviſſes. 28 & cur tibi non id fui, quod, reliqua. 29 incenſa ſum amore. 30 qualem mihi deſcribi memini. 31 Cupidinem. 32 ſc. rubicundus. 33 contraxerat, imminuerat. 34 ægra ex amore. *ich hatte keinen appetit etwas zu eſſen.* 35 tam longa, quam annus, mihi videbatur. 36 non ſentiens ullum dolorem.

Nec cur haec facerem, poteram mihi reddere cauſſam:
Nec noram, quid amans eſſet: at [37] illud eram.
Prima [38] malum nutrix animo [39] praeſenſit anili:
Prima mihi nutrix, Aeoli, dixit, amas.
Erubui, gremioque pudor [40] dejecit ocellos.
Haec ſatis in tacita ſigna [41] fatentis erant.
Jamque tumeſcebant vitiati pondera ventris,
Aegraque [42] furtivum membra gravabat onus.
Quas mihi non herbas, quae non medicamina nutrix
Attulit, audaci [43] ſuppoſuitque manu?
Ut penitus noſtris (hoc te celavimus [44] unum)
Viſceribus creſcens [45] excuteretur onus.
Ah! nimium vivax admotis [46] reſtitit infans
Artibus, & [47] tecto tutus ab [48] hoſte fuit.

Jam

37 At illud, quod eſt amans, eram. 38 amorem. 39 talium rerum perito animo intellexit, me amare. 40 pudore invaſa oculos defigo in ſinum & gremium. 41 ſc. amorem. 42 ſtupro conceptum. *Furtum* in re amatoria ſaepiſſime adhibetur, ut dicemus ad Muſaeum & epiſtolam Leandri. 43 admovit utero ad fetum depellendum. 44 ſolum. 45 eiiceretur, ut abortum facerem. 46 vicit artes adhibitas iisque nequivit excuti. 47 utero meo. 48 nutrice.

Jam novies erat orta ſoror pulcerrima [49] Phoebi,
[50] Denaque luciferos Luna movebat equos.
Neſcia quae faceret ſubitos mihi cauſſa dolores,
Et rudis ad partus, & nova [51] miles eram.
Nec tenui [52] vocem. Quid, [53] ait, tua crimina prodis?
Oraque clamantis conſcia [54] preſſit anus.
Quid faciam infelix? gemitus dolor edere cogit;
Sed timor, & nutrix, & pudor ipſe, vetant [55].
Contineo gemitus, elapſaque verba [56] reprendo:
Et cogor lacrimas [57] combibere ipſa meas.
Mors erat ante oculos; & opem Lucina negabat:
Et grave, ſi morerer, mors quoque [58] crimen erat.

Cum

49 Luna. nonus iam menſis erat. 50 decima. decimus menſis erat. 51 numquam ante pepereram & quaſi in amore miles nova eram. 52 clamavi, quod primum parientes plerumque dolore urguente facere ſolent. 53 ſc. anus, nutrix. 54 compreſſit, cohibuit. *Hat mir das Maul zugehalten.* 55 ſc. edere gemitus cum clamore. 56 reprimo, ne audiantur. 57 intra me tenere. 58 quia ſic cognitum fuiſſet meum ſcelus, *wann ich in Kindesnöthen geſtorben wäre.*

Cum [59] ſuperincumbens, ſciſſa tunicaque comaqne,
Preſſa [60] reſoviſti pectora noſtra tuis.
Et mihi, Vive ſoror, ſoror ô cariſſima, dixti,
Vive: nec [61] unius corpore perde [62] duos.
[63] Spes bona det vires: fratri nam nupta futura es.
Illius, es de [64] quo mater, & uxor eris.
[65] Mortua (crede mihi) tamen ad tua [66] verba revixi:
Et [67] poſitum eſt uteri crimen [68] onusque mei.
[69] Quid tibi grataris? media ſedet Aeolus aula.
[70] Crimina ſunt oculis ſubripienda patris,
[71] Frugibus infantem, ramisque albentis olivae,
Et levibus [72] vittis ſedula celat anus:

Ficta-

---

59 Quum tu ſuperincumbens reſouiſti. 60 reſocillaſti, recaleſeciſti. 61 tuo. 62 te & quod eſt in tuo utero. 63 bono eſto animo, ſpesque faciat, quo minus deficias. 64 a quo praegnans & iam iam mater futura es. 65 licet mortua ferme fuerim. 66 quum haec mihi diceres verba, ſolatii puellis inprimis plena. 67 depoſitum. peperi. 68 infantem crimine conceptum. ἓν διὰ δυοῖν. 69 noli tibi gratulari mihive de partu feliciter edito. 70 puer natus ſubtrahendus eſt oculis Aeoli patris. 71 molae ſalſa anus abſcondit infantem, ſimulans ſe ſacra eſſe facturam. 72 tamquam rem ſacram faſciis involvit.

Fictaque ſacra facit, dicitque precantia verba.
[73] Dat populus ſacris, dat [74] pater ipſe, viam.
Jam prope [75] limen erat: patrias vagitus ad aures
Venit, & indicio proditur [76] ille ſuo.
Eripit infantem, mentitaque ſacra revelat
Aeolus. [77] inſana regia voce ſonat.
Ut mare fit tremulum, tenui cum [78] ſtringitur aura;
Ut quatitur tepido fraxina virga noto;
Sic mea [79] vibrari pallentia membra videres.
[80] Quaſſus ab impoſito [81] corpore lectus erat.
[82] Irruit; & noſtrum [83] vulgat clamore [84] pudorem:
Et vix à miſero continet [85] ora manus.
Ipſa nihil, praeter lacrimas, pudibunda profudi:
Torpuerat gelido lingua retenta metu.
Jamque dari parvum canibusque avibusque nepotem
Juſſerat; in ſolis [86] deſtituique locis.

Vagi-

73 Cedit ei, tamquam ſacra facturae. 74 Aeolus. 75 ianuam aulae Aeoli. 76 infans. 77 magna, furibunda. 78 percutitur, movetur. 79 tremere, concuti. 80 concuſſus. 81 meo ſc. 82 pater ſc. in cubiculum intrat furibundus. 83 manifeſtum reddit. 84 dedecus, crimen. 85 a mea facie. parum aberat, quin verberaret mihi & laceraret os. 86 exponi.

Vagitus dedit ille miſer; (ſenſiſſe [87] putares)
Quaque ſuum poterat voce rogabat avum.
Quid mihi tunc [88] animi credas, Germane, fuiſſe;
(Nam potes ex animo colligere ipſe tuo)
Cum mea me [89] coram ſilvas [90] inimicus in altas
Viſcera [91] montanis ferret edenda lupis?
Exierat [92] thalamo: tunc demum pectora plangi
[93] Contigit, inque meas [94] unguibus ire genas.
Interea patrius, vultu [95] moerente, ſatelles
Venit, & [96] indignos edidit ore [97] ſonos:
Aeolus hunc enſem mittit tibi: (tradidit [98] enſem)
Et jubet ex [99] merito ſcire, quid [100] iſte velit.

87 Putares, *man hätte meynen ſollen*, ipſum infantem ſenſiſſe, ſe expoſitum iri, aut canibus avibusve lacerandum propoſitum. 88 *wie mir zu Muthe geweſen.* 89 me vidente & praeſente. 90 famulus patris Aeolus. 91 Filium. 92 pater exierat conclavi; ubi erat thalamus ſeu lectus meus. 93 licuit. 94 unguibus genas lacerare, quod faciunt vehementer dolentes. 95 triſti vultu incedens. 96 crudeles, & me & patre indignos. 97 Verba. 98 ſc. ſatelles. 99 ex eo quod peccaſti. 100 gladius. i. e. iubet, ut putes, te merita eſſe, ut gladio iſthoc vitam finias.

[1] Scimus; & utemur violento fortiter enſe:
Pectoribus condam dona [2] paterna meis.
His mea muneribus, genitor, connubia donas?
Hac tua dote, pater, filia dives erit?
Tolle procul [3] decepte faces, Hymenaee, maritas:
Et fuge [4] turbato tecta nefanda pede.
Ferte faces in me, quas fertis, Erinnyes [5] atrae:
Ut meus ex [6] iſto luceat igne rogus.
Nubite felices, Parca [7] meliore, ſorores:
[8] Admiſſi memores ſed tamen eſte mei.
Quid puer admiſit, tam [9] paucis editus horis:
Quo laeſit facto, vix bene natus, [10] avum?
Si potuit meruiſſe necem, meruiſſe putetur.
Ah miſer admiſſo plectitur ille meo!
Nate, dolor matris, rapidarum praeda ferarum,
(Hei mihi!) [11] natali dilacerate tuo:
Nate, parum fauſti miſerabile [12] pignus amoris:
Haec tibi prima dies, haec tibi ſumma fuit.

Non

1 Scio ego, quid velit iſte gladius. 2 eum gladium. 3 deceptum Hymenaeum ſeu nuptias deceptas vocat, quia dixerat Macareus fore, ut connubio iungerentur. 4 celeri. 5 infernales furiae. 6 iſto igne accendatur rogus meus. 7 meliori fortuna, felicius. 8 criminis, peccati. 9 tam paucas ante horas natus. 10 Aeolum. 11 die, quo es natus. 12 documentum, teſtimonium.

Non mihi te licuit lacrimis perfundere juſtis:
In tua non [13] tonſas ferre ſepulcra comas.
Non ſuper [14] incubui: non oſcula [15] frigida carpſi.
Diripiunt avidae [16] viſcera noſtra ferae.
Ipſa quoque infantes cum [17] vulnere [18] proſequar umbras:
Nec mater fuero dicta, nec orba diu.
Tu tamen, ô fruſtra miſerae [19] ſperate ſorori,
[20] Sparſa, precor, nati collige membra tui:
Et refer ad [21] matrem, [22] ſocioque impone ſepulcro:

Ur-

---

13 Solebant reſecare capillos, eosque in rogum aut ſepulcrum mittere. noſter Metam. III, 506:

- - *ſectos fratri impoſuere capillos.*

14 tuo cadaveri. itidem ex ritu funerum. 15 e frigidis labellis tuis. 16 Saepe vocantur liberi *viſcera* matrum, nec non & *ſanguis*. *Phaedrus* I, 28, 10.

Vulpes ab ara rapuit ardentem facem,
Totamque flammis arborem circumdedit,
Hoſti dolorem damno miſcens ſanguinis.

Apuleius: iam contra ſua ſaeviens viſcera uxor. *Artemidor.* l. 5. τὰ σπλάγχνα τὸν παῖδα σημαίνουσιν. οὕτω γὰρ καὶ τὸν παῖδα καλεῖν ἔθος ἐςί. Plura volenti ſuppeditabit *Caſp. Barthius*, congerendis auctorum locis natus & vaſtae eruditionis homo Adverſarior. lib. XXIX. c. 19. p. 1392. 17 meo, quod infligam mihi. 18 ſequar morte mortem nati eiusque umbram ſeu animam. 19 Macareu, quem maritum ſperavi. 20 a feris laniata. 21 me mortuam, meo cadaveri ſeu oſſibus adde. 22 communi, quod natum & me continet.

Urnaque nos habeat, quamlibet arcta, duos.
Vive memor noſtri, lacrimasque in vulnera funde:
Neve reformida corpus amantis amans.
[Tu (rogo) 23 projectae nimium mandata ſororis
24 Perſer. mandatis 25 perfruar ipſa patris.]

23 Miſerae, abiectae. 24 fac, effice. 25 faciam, quod mihi Aeolus pater mandavit, hoc eſt, me interficiam miſſo ab illo enſe.

EPISTOLA XII.
MEDEA JASONI.
ARGVMENTVM.

Quum florida juuentute & formoſitate ualeret Iaſon, quamprimum Colchon attigit, a Medea Aeëtae Colchorum Regis & Hecates filia receptus eſt & amatus, quae accepta coniugii ſponſione illum edocuit, quonam pacto in optatam deueniret praedam. Aureo igitur uellere rapto clam cum Medea fugam adripuit: quos quum inſequeretur Aeeta, illa Abſyrti fratris, quem ſecum ducebat, membra diſperſit, ut ita patrem, oſſa filii legentem remoraretur; & ſic incolumes in Theſſaliam

tan

tandem deuenerunt. ubi Aeſonem Iaſonis patrem, annis iam decrepitum, in robuſtiorem aetatem reduxit. Medea praeterea in Peliae mortem filias ipſius armauit; fingens enim, ei iuuentutem reſtituere uelle, quem ad modum Aeſoni fecerat, filiabus perſuaſit, ut omnem ſanguinem frigidum atque ueterem cultris exhaurirent, ut nouum atque floridum poſſet infundere, quod quum feciſſent puellae, ſtatim exſpirauit Pelias. Iaſon uero, ſeu criminis enormitate, ſeu ex alia cauſa, Medeam repudiauit, & Creuſam Creontis Regis Corinthiorum filiam uxorem adſumſit. Furibunda igitur Medea ad Iaſonem ſcripſit, ingratitudinem in eo expoſtulando, praeſentemque ultionem, niſi recipiatur, minitando.

AT tibi 3 Colchorum (memini) 4 regina 5 vacavi.

6 Ars

2 Nota eſt indignantium aut mirantium, qui ſic ſaepius exordiuntur. Noſter enim III. Amor. VII, 1:
At non formoſa eſt, at non bene culta puella:
At, puto, non votis ſaepe petita meis.
Vid. *Heinſ.* ad h. l. qui docte monet, etiam Graecos incipere ſuo ἀλλά, indignationem ſcilicet demonſtraturi. 3 Populorum in Ponto, quorum Rex Aeëta erat. 4 quia filia Regis Aeëtae erat. 5 inſervivi. De verbi vacare ſignificatione videndus ex Vavaſſore *Jo. Ker*, obſervatt. LL. T. I.

6 Ars mea, cum peteres, ut tibi ferret opem.
Tunc, quae 7 diſpenſant 8 mortalia fila, 9 Sorores
Debuerant fuſos 10 euoliiiſſe meos.
Tunc potui Medea mori bene. quidquid ab illo
Produxi vitae tempore, 11 poena fuit.
Hei mihi! cur umquam 12 juvenilibus 13 acta lacertis
14 Phryxêam petiit 15 Pelias arbor ovem?

Cur

6 Magica nempe. 7 ſuis dividunt temporibus. 8 mortem vitamque. 9 Parcae tres. 10 abſolviſſe. evolvuntur enim fuſi quum pleni ſunt. 11 dolor, curae. 12 Argonautarum lacertis fortibus. 13 inpulſa, provecta. 14 a Phryxo Marti conſecratam. 15 Navis Theſſalica, i. e. Argonautar. quae in Pelio Theſſal. monte caeſa eſt. Phaedrus IV, 6.

Utinam nec umquam Pelii nemoris iugo
Pinus bipenni concidiſſet Theſſala,
Nec ad profeſſae mortis audacem viam
Fabricaſſet Argus opere Palladio ratem,
Inhoſpitalis prima quae Ponti ſinus
Patefecit, in perniciem Graiûm & Barbarûm.
Namque & ſuperbi luget Aeëtae domus,
Et regna Peliae ſcelere Medeae iacent,
Quae ſaevum ingenium variis involvens modis
Illic per artus fratris explicuit fugam,
Hic caede patris Peliadum infecit manus.

Contende *Diſpontinii* Conlectanea p. 237.

Cur umquam Colchi [16] Magnetida vidimus Argo;
[17] Turbaque Phaſiacam [18] Graja bibiſtis aquam?
Cur mihi plus aequo flavi placuere capilli;
Et decor, & linguae [19] gratia ficta tuae?
Aut (ſemel in noſtras quoniam [20] nova puppis arenas
Venerat, audaces attuleratque viros,)
[21] Iſſet [22] anhelatos non [23] praemedicatus in ignes
Immemor [24] Aeſonides, [25] oraque adunca boum.
Semina [26] jeciſſet; totidem ſenſiſſet & hoſtes:
Ut caderet [27] cultu cultor ab ipſe ſuo.
Quantum perfidiae tecum, ſcelerate, [28] periſſet!
[29] Demta forent capiti quam mala multa meo!

Eſt

16 Theſſalicam, a Magneſia regione, Theſſaliae propinqua. 17 i. e. Argonautae. 18 Phaſidis fluvii Colchorum. i. e. cur adveniſtis. 19 ſuavitas linguae, quam fingebas, ut gratioſus mihi eſſes. 20 talis, qualem nondum viderant. Alii volunt fuiſſe primam omnium navem Argo. 21 debuiſſet ire. 22 exſpiratos naribus. 23 medicamentis antea munitus. 24 Iaſon, fil. Aeſonis. 25 facies. 26 dentes ſerpentis. 27 ab eo, quod ſeminaſſet coluiſſetque, i. e. a militibus e dentibus iis natis. 28 quam poſtea in me decipienda demonſtraſti. 29 mihi non eveniſſent.

Eſt aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas.
[30]Hac fruar: haec de te gaudia ſola feram.
Juſſus [31] inexpertam Colchos [32] advertere puppim,
Intraſti patriae regna [33] beata meae.
Hoc [34] illic Medea fui, nova [35] nupta quod hic eſt.
[36] Quam pater eſt illi, tam mihi dives erat.
Hic [37] Ephyren bimarem; Scythia tenus [38] ille nivoſa
Omne tenet, Ponti qua [39] plaga [40] laeva jacet.
Accipit hoſpitio [41] juvenes Aeëta [42] Pelasgos,
Et premitis [43] pictos corpora Graja toros.
Tunc ego te vidi: tunc coepi ſcire quid eſſes.
Illa fuit mentis prima [44] ruina meae.

45 Ut

30 a Pelia tuo patruo. 31 quae nondum experta eſſet navigationem. 32 adpellere. 33 felicia. 34 in Colchis. 35 Creuſa, quam duxerat Iaſon. 36 Quam dives eſt pater eius Creon. 37 Creon, uxoris tuae pater. Ephyre antea dicebatur Corinthus, inter duo maria iacens, Ionicum nempe & Aegeum, ideoque hic *bimaris* dicta. 38 Aeëta, pater meus. 39 regio, terra. 40 ſiniſtra. 41 Argonautas vos. 42 Graecos. a Pelasgia Graeciae regione. 43 in pictis tapetibus diſcumbitis. 44 tunc primum amore tui capta mei compos non eſſe coepi.

[45] Ut vidi, ut perii; nec [46] notis ignibus arſi.
Ardet ut [47] ad magnos pinea taeda Deos.
Et formoſus eras, & me mea fata trahebant.
[48] Abſtulerant oculi lumina noſtra tui.
Perfide, [49] ſenſiſti: quis enim bene [50] celat amorem?
[51] Eminet [52] indicio prodita flamma ſuo.
Dicitur interea tibi lex, ut dura ferorum
[53] Inſolito premeres vomere colla boum.
[Martis erant tauri plus [54], quam per cornua, ſaevi;
Quorum terribilis [55] ſpiritus ignis erat.]
Aere pedes [56] ſolidi, [57] praetentaque naribus aera:
[58] Nigra per adflatus haec quoque facta ſuos.

[59] Se-

45 Significat, ſe & vidiſſe ſimul & amare coepiſſe Iaſonem. Eodem modo Graeci ſuum ὡς uſurparunt. *Theocritus:*

- - - ἁ δ' Ἀταλάντα
Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἅλετ' ἔρωτα.

Dicemus plura *ad Muſaeum.* 46 inuſitatis. 47 accenſa ad Deorum ſacrificia. 48 furati erant, vel converterant in te. *Oculi enim in amore duces ſunt,* uti dicitur alibi. 49 meum amorem. 50 celare poteſt. i. e. nemo celat bene amorem. 51 adparet. 52 ſe ipſam indicans. 53 ut arares bubus, qui numquam, quippe Marti ſacrati, ararant. 54 etiam igne, quem naribus efflabant, ut ſtatim ipſe, quisquis fuit huius diſtichi auctor, declarat. 55 halitus, flatus, quem naribus edebant boves illi. 56 muniti erant. 57 adplicata, oppoſita. 58 fumoſa adflatu boum igneo.

[59] Semina praeterea, [60] populos genitura, juberis
Spargere [61] devota lata per arva manu,
Qui [62] peterent ſecum [63] natis tua corpora telis.
Illa eſt [64] agricolae [65] meſſis [66] iniqua ſuo.
Lumina [67] cuſtodis, [68] ſuccumbere [69] neſcia ſomno
Ultimus eſt aliqua decipere arte labor.
[70] Dixerat Aeetes, moeſti conſurgitis omnes,
Menſaque purpureos [71] deſerit alta toros,
Quam tibi nunc [72] longe regnum dotale Creüſae,

Et

59 Serpentis dentes. 60 milites, homines. 61 quae huic rei dedicata erat & deſtinata. 62 invaderet. 63 armati enim naſcebantur homines ii. 64 tibi, qui ſeminaras. 65 ſeges, milites cum armis nati. 66 iniuria. 67 Draconis, qui aureum vellus cuſtodiebat. 68 vinci, claudi, ſomno quae non poterant. 69 quae non poterant ſuccumbere. 70 tibi antea dicta facienda eſſe. 71 *deſerere* menſa dicitur *toros* quando removetur, quod fieri ſolebat poſt coenam aut a prandio. unde illud: *menſis dapibusque remotis.* 72 ſc. remota ab animo & cogitatione tua. vel potius; quam nihil iuvabat te. Longe enim eſſe, nihil prodeſſe notat. Virgil. Aen. XII, 52: *longe illi Dea mater erit*, i. e. nihil proderit ipſi. quoniam abſentes fere nihil operae praeſtare queunt. *Plin. Panegyr.* c. XLIX, 1. longeque tunc illi divinitas ſua. *Florus* II, 2, 8. longe illis nauticae artes. Vid. *Cellar.* ad Plinii productum locum, nec non *Barthium* ad *Rutil.* I, 335.

Et [73] ſocer, & magni [74] nata Creontis erant?
Triſtis abis. oculis abeuntem [75] proſequor [76] udis:
Et dixit tenui murmure lingua, Vale.
Ut poſitum tetigi thalamo male [77] ſaucia lectum;
Acta eſt per lacrimas nox mihi, [78] quanta fuit.
Ante oculos taurique truces, ſegeteſque nefandae;
Ante meos oculos pervigil anguis erat.
Hinc amor, hinc timor eſt. ipſum timor auget amorem.
Mane erat; & thalamo [79] cara recepta ſoror,
[80] Disjectamque comas [81] averſaque in ora jacentem
Invenit, & lacrimis omnia plena meis.
[82] Orat opem [83] Minyis: petit altera, & altera habebit [84].

[85] Ae-

73 Creon. 74 Creuſa. 75 proſpicio. 76 lacrimis manantibus. 77 amore capta & quaſi eius ſagittis vulnerata. 78 i. e. totam noctem lacrimans transegi. 79 Chalciope ſoror mea ingreſſa cubiculum. 80 incomtas habentem comas. Disiectam comas, i. e. ad comas quod adtinet. 81 in faciem, ut faciunt qui dormire non poſſunt. *auf den Bauche liegen.* 82 ſc. ſoror Chalciope. 83 vobis Argonautis. Peculiare nomen Argonautarum, a *Minya* ... Tolchorum. 84 ſc. eius rei fructum.

[85] Aeſonio juveni, quod rogat illa, [86] damus.
Eſt nemus, & [87] piceis, & frondibus ilicis [88] atrum:
Vix illud [89] radiis ſolis adire licet.
Sunt in eo, fuerantque diu, delubra Dianae:
Aurea barbarica ſtat [90] Dea facta manu.
Noſtin', an [91] exciderunt mecum loca? venimus illuc.
Orſus es infido ſic prior ore loqui.
Jus tibi & arbitrium noſtrae Fortuna ſalutis
Tradidit: inque tua vitaque morsque [92] manu.
Perdere poſſe ſat [93] eſt, ſi quem juvet ipſa poteſtas:
Sed tibi ſervatus gloria major ero.
Per mala noſtra precor, quorum potes eſſe levamen;
Per genus & [94] numen cuncta videntis avi;

Per

85 Iaſoni. 86 do ego Medea. 87 arbor eſt, cuius ſuccus pix, *ein rother Tannen-Baum*. 88 caliginoſum, obſcurum. 89 ſc. nemus. 90 Dianae ſimulacrum aureum. 91 oblitus es, ut me. *exciderunt*, correpta ſyllaba, quod Ovidio eſt perquam familiare. 92 poteſtate. *manus* enim pro poteſtate eleganter adhibetur ab antiquis ſcripteribus. 93 ſufficere debet poteſtas perdendi alios; perdere vero non debet. 94 Phoebum.

Per [95] triplicis vultus, arcanaque [96] ſacra, Dianae;
Et ſi forte alios gens [97] habet iſta Deos.
O virgo, miſerere mei; miſerere [98] meorum!
Effice me meritis tempus in omne tuum.
Quod ſi forte [99] virum non dedignare Pelaſgum,
(Sed mihi tam faciles [100] unde, meosque [1] Deos?)
[2] Spiritus ante meus tenues vaneſcat in auras,
Quam thalamo, niſi tu, nupta ſit ulla meo.
Conſcia ſit Juno, ſacris [3] praefecta [4] maritis;
Et [5] Dea, marmorea cujus in aede ſumus.
Haec animum (& [6] quota pars haec ſunt?) movere puellae
Simplicis: & dextrae dextera juncta meae.
Vidi etiam lacrimas [7], an pars eſt [8] fraudis in illis?
[9] Sic cito ſum verbis capta puella tuis.

Jun-

95 Ita pingebatur, quod in coelo quidem Luna, in terris Diana, ac apud inferos eſſet Proſerpina. 96 quae myſtica erant & noctu celebrabantur. 97 Colchi. 98 qui mecum venerunt. 99 maritum velis tibi eſſe. 100 quare ſperem mihi deos fore tam faciles & propitios. 1 meos, h. e. mihi faventes. 2 moriar ante, *reliqua.* 3 quae praeeſt. 4 nuptiis easque contrahentibus. 5 Diana. 6 i. e. minimam partem eorum, quae tunc mihi dixiſti, retuli. 7 ſc. tuas. 8 num fallunt etiam iſtae? 9 hoc modo, poſtquam ea, quae memoravi, facta a te eſſent.

Jungis [10] & aeripedes [11] inaduſto corpore tauros,
Et ſolidam [12] juſſo vomere [13] findis humum.
Arva venenatis, pro ſemine, dentibus [14] imples:
Naſcitur [15], & gladios ſcutaque miles habet.
Ipſa ego, quae dederam [16] medicamina, [17] pallida ſedi,
Cum vidi [18] ſubitos arma tenere viros.
Donec terrigenae (facinus miſerabile) fratres
Inter ſe [19] ſtrictas conſeruere manus.
Pervigil ecce draco, ſquammis [20] crepitantibus horrens,
Sibilat; & [21] torto pectore [22] verrit humum.
[23] Dotis opes ubi tunc? ubi tunc tibi regia conjux?
Quique maris gemini [24] diſtinet [25] Iſthmos aquas?

Illa

10 Sc. aratro. 11 ita ut corpus tuum igne a bubus efflato non laederetur. 12 aratro quo iuſſerat Æetes. 13 vertis, aras. 14 conſpergis. 15 ſc. miles. 16 ſc. tibi. 17 timens. 18 ſubito ortos e terra. 19 ſtrictos tenentes gladios. 20 ſonantibus. 21 incurvato collo. *Metam.* 3, 41:

Ille volubilibus ſquamoſos nexibus orbes
Torquet & immenſo ſaltu ſinuatur in arcus.

22 radit. 23 an tunc aliquid te iuuabant? 24 ſeparat, ſeiungit. 25 Iſthmos, ubi Corinthus urbs.

Illa ego, quae tibi ſum nunc denique [26] barbara facta,
Nunc tibi ſum pauper, nunc tibi viſa [27] nocens,
[28] Flammea [29] ſubduxi medicato [30] lumina ſomno:
Et tibi, quae raperes, vellera tuta dedi.
Proditus eſt genitor: regnum patriamque reliqui:
[31] Munus in exilio quolibet eſſe [32] tuli.
[33] Virginitas facta eſt peregrini praeda [34] latronis,
Optima, cum cara [35] matre, relicta [36] ſoror.
At non te fugiens ſine me, [37] germane, reliqui.
Deficit hoc uno [38] litera noſtra loco.
Quod facere auſa mea eſt, tam audet ſcribere, dextra,
Sic [39] ego, ſed tecum, dilaceranda fui.

Nec

26 Vilis; quae antea non eram tibive videbar. 27 venefica, ſcelesta. 28 Draconis ignitos oculos. 29 clauſi. 30 medicamine quodam effecto ſomno. 31 hoc mihi pro munere redditum eſt, ut, *reliqua*. 32 retuli, accepi tamquam munus. 33 Virginitatem etiam mihi eripuiſti. 34 Iaſonem intelligit. 35 Idyia. 36 Chalciope. 37 Abſyrte. Hunc enim ſecum ducebat Medea. 38 hoc loco amplius ſcribere vix queo, quando de Abſyrto fratre mihi eſt loquendum. 39 ut ſc. Abſyrtum fratrem laceravi.

Nec tamen extimui (quid enim poſt illa [40] timerem?)
Credere me pelago femina, tamque nocens.
Numen ubi eſt? ubi Dî? meritas [41] ſubeamus in alto,
Tu [42] fraudis poenas, [43] credulitatis ego.
[44] Complexos utinam [45] Symplegades [46] eliſiſſent,
Noſtraque [47] adhaererent oſſibus oſſa tuis!
Aut nos Scylla rapax canibus [48] miſiſſet edendos!
(Debuit [49] ingratis Scylla [50] nocere viris.)
[51] Quaeque vomit fluctus totidem, totidemque reſorbet,
Nos quoque [52] Trinacriae [53] ſuppoſuiſſet aquae.

[54] So-

40 Poſt tanta, quae auſa ſum, facinora. 41 demus poenas in mari. 42 tu quod me decepiſti. 43 ego quod nimis facile tibi credidi. 44 me & te complexu iunctos. 45 ſcopuli duo in Thracio Boſporo, quos fingunt Poëtae non numquam concurriſſe. Nomen eſt a συμπλήττω, concutio. 46 compreſſiſſent, *geqvetſcbet*. 47 eſſent coniuncta. 48 quia ſub inguinibus canibus latrantibus deformis a poëtis deſcribitur. 49 Argonautis. 50 utpote quae ipſa olim amavit. 51 i. e. Charybdis. Ea mulier erat, ut proditur, voraciſſima, & quum Herculi rapuiſſet boves, fulmine ab Iove in mare praecipitabatur, ibique naturam priſtinam ſervat ſorbetque & vomit aquam. 52 Siciliae. 53 ſubmerſiſſet.

[54] Soſpes ad [55] Haemonias, victorque, reverteris urbes.
Ponitur ad [56] patrios aurea [57] lana Deos.
Quid referam Peliae [58] natas, pietate [59] nocentes,
[60] Caeſaque virginea membra paterna manu?
[61] Ut culpent alii, tibi me laudare neceſſe eſt:
Pro quo ſum toties eſſe coacta nocens.
Auſus es ô, (juſto deſunt ſua verba dolori)
Auſus es, Aeſonia, dicere, [62] cede [63] domo.
Juſſa domo ceſſi, [64] natis comitata duobus;
Et, qui me ſequitur ſemper, amore tui [65].
[66] Ut ſubito noſtras Hymen cantatus ad aures
Venit, & accenſo lampades [67] igne micant,
Tibiaque [68] effundit ſocialia [69] carmina vobis,
At mihi funereâ flebiliora [70] tubâ;

Per-

54 Potitus aureo vellere. 55 Theſſalicas. 56 Theſſalicos. 57 vellus aurcum, victoriae monimentum. 58 quibus Medea perſuaſit, ut iugularent patrem, promiſitque eum ſe ad iuvenilem aetatem reducturam. 59 amore, & ut ei prodeſſent. 60 lacerata. 61 quamvis me culpent alii omnes, tu tamen neceſſario me laudare debes. 62 abi. 63 Aeſonia domo, i. e. patris mei Aeſonis. 64 filiis ex te ſuſceptis. 65 ſc. comitata. 66 poſtquam carmina veſtris in nuptiis cantata audivi. 67 facies in nuptiis veſtris adhibitae. 68 emittit. 69 coniugalia. 70 patet inde, tibias quidem in nuptiis, tubas vero in funeribus fuiſſe adhibitas.

Pertimui; nec adhuc [71] tantum ſcelus eſſe putabam:
Sed tamen in toto pectore [72] frigus erat.
Turba [73] ruunt; &, Hymen, clamant: Hymenaee, [74] frequentant.
Quo propior vox haec, hoc mihi [75] pejus erat.
[76] Diverſi flebant ſervi, lacrimasque [77] tegebant.
[78] Quis vellet tanti nuntius eſſe mali?
Me quoque, quidquid erat, potius neſcire juvabat:
Sed tamquam ſcirem, mens mihi triſtis erat.
Cum minor é pueris [79], [80] juſſus [81] ſtudioque videndi,
Conſtitit ad [82] geminae limina prima foris:
Hic mihi, Mater, abi, [83] pompam pater, inquit, Iäſon

Du-

71 Nec putabam, te repulſa me aliam ducere in matrimonium. 72 timor. 73 ruunt dicit, quia *turbae* vox multitudinem denotat. 74 frequenter repetunt, quale quid e Catullo diſcimus. 75 hoc magis angebar dolebamque. 76 in diverſis domus partibus. 77 occultabant. 78 nemo audebat id crimen tuum mihi nuntiare. 79 a nobis genitis. 80 ſc. a me. 81 & ipſe per ſe cupidus ſcire quid agatur novi, ut pueri ſcilicet ſolent. 82 duplicis januae. 83 nuptialem adparatum ac triumphum quaſi.

Ducet; & [84] adjunctos [85] aureus [86] urguet equos.
Protinus [87] abſciſſa [88] planxi mea pectora veſte:
[89] Tuta nec à digitis ora fuere meis.
Ire animus mediae ſuadebat in agmina turbae,
[90] Sertaque compoſitis demere rapta comis.
Vix me continui, quin ſic laniata capillos
Clamarem, [91] Meus eſt; injiceremque [92] manus.
Laeſe [93] pater, gaude: Colchi gaudete relicti.
[94] Inferias, umbrae fratris, habete mei.
Deſeror (amiſſis regno, patriaque, domoque)
[95] Conjuge: [96] qui nobis omnia ſolus erat.
Serpentes igitur potui, taurosque furentes;
[97] Unum non potui perdomuiſſe virum?

Quae-

84 Currum trahentes. 85 veſte aurea, tamquam triumphans, indutus. 86 incitat, premit. 87 lacerata, more lugentium. 88 percuſſi. 89 i. e. laceravi unguibus faciem. 90 coronam ſponſae tuae. 91 ſc. Iaſon. 92 nempe in Iaſonem, mihique eum, tamquam rem & poſſeſſionem meam vindicarem. De formula *iniicere manus* iam a nobis dictum eſt. 93 ſc. a me. 94 placatae eſſe, ac factas vobis ex meis malis inferias, h. e. ſacra mortuorum, habete. namque quotiescunque mortuorum inimici male adfecti eſſent, mortuis inferias fieri putabant veteres, manesque placari. 95 a coniuge Iaſone vel, ut explicant, coniuge, ſc. *amiſſo*. 96 quo ſolo res omnes amiſſas ſolabar. 97 ſolum Iaſonem.

Quaeque feros pepuli doctis medicatibus [98] ignes,
Non valeo [99] flammas effugere ipſa meas?
Ipſi me [100] cantus, herbaeque, arteſque, relinquunt?
Nil [1] Dea, nil [2] Hecates ſacra potentis agunt?
Non mihi grata dies [3]: noctes vigilantur [4] amarae:
Nec tener in miſero pectore ſomnus adeſt.
Quae me non poſſum, [5] potui ſopire draconem.
Utilior cuivis [6], quam mihi, cura mea eſt.
Quos ego ſervavi, pellex amplectitur, [7] artus:
Et noſtri fructus illa laboris habet.
Forſitan &, ſtultae dum te jactare [8] maritae
[9] Quaeris, & [10] injuſtis auribus apta loqui.
In [11] faciem, moresque meos, nova crimina fingas.
Rideat, & vitiis, laeta ſit illa meis.

Ri-

98 A tauris efflatos. 99 amoris ignem. 100 magici, incantationes me non iuvant. 1 Dianà. 2 Proſerpinae, praeſidis artium magicarum. 3 ſc. eſt. 4 triſtitiae plenae. 5 ſc. ſopire. 6 ſc. alii. 7 Iaſonem, a me ſervatum. 8 uxori novae. 9 ſtudes. 10 iniuſtae pellicis, quae mihi debitum maritum eripit. 11 pulcritudinem moresque meos culpas.

Rideat, & Tyrio jaceat [12] ſublimis in oſtro;
Flebit: & ardores vincet [13] aduſta meos.
Dum ferrum flammaeque aderunt, ſuccusque [14] veneni;
Hoſtis Medeae nullus [15] inultus erit.
Quod ſi fortè preces praecordia [16] ferrea [17] tangunt;
Nunc animis audi verba [18] minora meis.
Tam tibi ſum ſupplex, quam tu mihi ſaepe fuiſti:
Nec moror ante tuos procubuiſſe pedes.
Si tibi ſum vilis; [19] communes reſpice natos.
Saeviet in partus dira noverca meos.
Et nimium ſimiles tibi ſunt: & [20] imagine tangor:
Et, quoties video, [21] lumina noſtra madent.
Per ſuperos oro, per [22] avidae lumina flammae,
Per meritum [23], & natos, pignora noſtra, duos:

Red-

12 Superbiens iaceat in lecto purpureo. 13 cremata, quia cum patre & domo incendio periit. 14 herbarum venenatarum. 15 non punitus. 16 ſc. tua, tam dura, quam eſt ferrum, h. e. inmitia. 17 movent. 18 dedecentia generoſum animum & ſupplicia. 19 a nobis genitos. 20 ſimilitudine oblector. 21 emittunt oculi mei lacrimas. 22 per avi Solis ſeu Phoebi lumen. 23 quo te mihi obſtrinxi.

Redde [24] torum; pro quo tot res [25] inſana reliqui.
Adde fidem [26] dictis; auxiliumque [27] refer.
Non ego te imploro contra taurosque [28] virosque;
Utque tua ſerpens [29] victa [30] quieſcat ope.
Te peto, quem merui, quem nobis ipſe dediſti;
Cum quo ſum [31] pariter facta parente parens.
Dos ubi ſit, quaeris: campo [32] numeravimus illo,
Qui tibi, laturo vellus, arandus erat.
Aureus ille aries, villo ſpectabilis aureo.
Dos mea: Quam, dicam ſi tibi, redde; [33] neges.
Dos mea, tu ſoſpes: dos eſt mea, [34] Graja juventus.
I nunc, [35] Siſyphias, improbe, [36] confer opes.

Quod

24 Recipe me uxorem & matrimonii ius redde. 25 ſtulta, amore nimis capta. 26 ſerva, quod promiſiſti. 27 viciſſim ſis mihi auxilio, uti ego tibi antea fui. 28 armatos. 29 ſopita. 30 dormiat. 31 ſimul. 32 ſc. dotem, quae erat auxilium ad auferendum vellus aureum tibi a me praeſtitum. 33 dicas, te mihi nolle reddere. 34 ſocii tui, a me ſervati. 35 Creontis, Siſyphi filii. 36 compara cum ante dictis.

Quod vivis ; quod habes nuptam, ſocerumque potentem [37];
[38] Hoc ipſum, ingratus quod potes eſſe, [39] meum eſt.
[40] Quos equidem [41] actutum, ſed quid praedicere poenam
[42] Attinet? ingentes parturit ira minas.
Quo feret [43] ira, ſequar. facti fortaſſe pigebit [44].
Et piget infido [45] conſuluiſſe viro.
[46] Viderit iſta [47] Deus, qui nunc mea pectora [48] verſat.
Neſcio quid certe mens mea [49] majus [50] agit.

EPI-

37 Sc. divitiis. 38 immo hoc mihi etiam debes, quod iam ingratus erga me potes eſſe, quod non poſſes, niſi te ſervaſſem. 39 ſc. opus. 40 te uxoremque tuam, nec non ſocerum. 41 ſtatim, ſc. punitura ſum. loquitur elliptice, ut irati homines ſolent. 42 eſt neceſſe. 43 ſc. me. 44 ſc. me. 45 utilem fuiſſe opemque & auxilium tuliſſe tibi, qui infidus es. 46 curet ea deus, ego non curo. 47 Amor, Cupido. 48 qui cauſſa eſt earum cogitationum. 49 magnum. 50 molitur. Quum enim Iaſon Medeae verbis precibusque non moveretur, ſed ex urbe Corintho eam excedere iuſſiſſet, illa a Creonte unius diei dilatione inpetrata, noctu furtim regiam intrat, domumque radice quadam a Circe inuenta incendit, eamque radix illa vim habebat, ut ignis exſtingui nequiret. Regia igitur ardente Iaſon quidem exſiluiſſe repente, Creon vero, & Glauce ſeu Creuſa combuſta fuiſſe, dicitur

H

EPISTOLA XIII.

LAODAMIA PROTESILAO.

ARGUMENTUM.

Proteſilaus, Iphicli filius, ad Troiam quadraginta navibus, ut ait Homerus, navigans, cum ceteris Graecis Aulide portu Boeotiae ob tempeſtatem clauſus eſt. quod dum intellexiſſet Laodamia Acaſti ex Laodathea filia, atque eius uxor ſincere maritum amans, multis ſomniis ſolicitata, hanc epiſtolam ad eum ſcripſit: qua ſuadet, ut oraculi memor a belli periculis abſtineat. Datum enim Graecis fuerat reſponſum, eum, qui primus ex claſſe in terram Troïanorum deſcendiſſet, periturum. At Proteſilaus magnanimus primus in terram deſcendit, & ab Hectore occiſus eſt.

2 Mittit, & optat amans, quo mittitur, 3 ire, ſalutem,
4 Aemonis 5 Aemonio Laodamio viro.
6 Aulide te fama eſt vento 7 retinente morari.

Ah!

2 Sc. ſalutem. 3 pervenire optat ſalutem. 4 Theſſalica. namque etiam Aemonia dicitur Theſſalia. 5 Proteſilao itidem Theſſalo. 6 portu Boeotiae, ad quem quum veniſſent Graeci Troiam petentes, Agamemnon imprudens occidit Dianae cervum, quapropter ventorum flatus illa removit, ut non poſſent navigare, inſuperque laborarent peſtilentia. Conſulta igitur oracula. reſponſum, Dia-

Ah! me cum fugeres, hic ubi ventus erat?
Tum freta debuerant veſtris obſiſtere remis.
Illud erat [8] ſaevis utile tempus aquis.
Oſcula plura viro, [9] mandataque plura dediſſem:
Et ſunt quae volui dicere plura tibi.
[10] Raptus es hinc praeceps: &, [11] qui tua vela vocaret,
Quem cuperent nautae, non ego [12], ventus erat.
Ventus erat nautis aptus, non aptus [13] amanti.
[14] Solvor ab amplexu, Proteſilaë, tuo;
Linguaque [15] mandantis verba imperfecta reliquit.
Vix illud potuit [16] dicere triſte Vale.
[17] Incubuit Boreas, [18] abreptaque vela tetendit.
Jamque meus longe Proteſilaus erat.

Dum

Dianam ſanguine Agamemnonis placari debere. filia itaque Agamemnonis, Iphigenia, ab Ulixe nuptias ſimulante adducta iam inmolanda erat. Sed ſublata fuit Dianae miſericordia, cervaque in eius locum ſubſtituta. Graeci vero interim coniurabant, non prius ſe eſſe in patriam redituros, quam Troia foret capta. 7 adverſo. 8 tum tempus erat, ut aquae turbarentur. 9 monita. 10 cito hinc abiiſti. 11 qui iuberet te navigare. 12 ſc. cupiebam. 13 mihi. 14 disiungor. 15 mei, quae multa tibi mandare volebam. 16 ſc. lingua. 17 flatu vela inplevit. 18 rapta quaſi ad ſe, extenſa.

Dum potui ſpectare virum, ſpectare juvabat:
Sumque tuos oculos [19] usque ſecuta meis.
[20] Ut te non poteram, poteram tua vela videre:
Vela diu vultus [21] detinuere meos.
At poſtquam nec te, nec vela [22] fugacia vidi;
Et quod ſpectarem, nil, niſi pontus, erat;
[23] Lux quoque tecum abiit; tenebris exanguis [24] obortis
[25] Succiduo dicor [26] procubuiſſe genu.
Vix ſocer [27] Iphiclus, vix me grandaevus [28] Acaſtus,
Vix [29] mater gelida moeſta [30] refecit aqua.
[31] Officium fecere pium, ſed inutile nobis.
Indignor, miſerae non licuiſſe mori.
[32] Ut rediit animus, [33] pariter rediere dolores;
Pectora legitimus caſta [34] momordit amor.
Nec mihi pectendos cura eſt [35] praebere capillos:
Nec libet aurata corpora veſte [36] tegi.

Ut

19 Semper te proſpexi. 20 poſtquam non amplius te videre poteram. 21 diu intento vultu vela tua adſpexi. 22 celeriter provecta. 23 ſc. ex oculis meis. 24 ante oculos oborta mihi caligine. 25 quaſi poplite ſucciſo. flexo genu. 26 procidiſſe. 27 tuus Pater. 28 Pater meus. 29 Laodothea. 30 recreavit, refocillavit. 31 pie quidem fecerunt, me adſperſione frigidae reficiendo. 32 poſtquam ad me redii & reſpiravi. 33 ſimul etiam dolor propter abſentiam tuam rediit. 34 tetigit, commovit. 35 ſc. ancillis. 36 induere veſtem auro diſtinctam.

Ut quas pampinea [37] tetigiſſe [38] Bicorniger [39] haſta
Creditur; huc illuc, quo furor egit, eo.
Conveniunt matres [40] Phylleïdes, & mihi clamant,
Indue regales, Laodamia [41] ſinus.
Scilicet ipſa geram [42] ſaturatas [43] murice veſtes:
Bella ſub Iliacis moenibus [44] ille gerat?
Ipſa [45] comas pectar: [46] galea caput ille prematur?
Ipſa novas veſtes: dura vir arma ferat?
[47] Qua poſſum, ſqualore tuos imitata [48] labores
Dicar: & haec belli tempora triſtis agam.
Dux Pari [49] Priamide, damno [50] formoſe tuorum,
Tam ſis hoſtis [51] iners, quam malus [52] hoſpes eras.

Aut

37 In furorem egiſſe. 38 Bacchus, qui ſic pingitur. 39 haſta pampinis obvoluta, Baccharum, quas hic intelligit Naſo, inſigne. 40 mulieres Phyli, Theſſaliae oppidi, in quo regnabat Proteſilaus. 41 veſtes. 42 tinctas purpura, quae *Dibaphae* adpellantur. 43 piſcis eſt *murex*, cuius ſanguine lanae inficiuntur. 44 Proteſilaus. 45 ad comas quod adtinet. 46 gravi galea prematur Proteſilai caput. 47 ſc. ratione. 48 ſc. eſſe. 49 fil. Priami. 50 cuius forma damnoſa tuis erit. 51 ignavus pugnator. 52 apud Menelaum, cui Helenam rapuiſti.

Aut te[53] Taenariae faciem culpaſſe maritae,
Aut[54] illi vellem diſplicuiſſe tuam.
Tu, qui pro rapta nimium, Menelaë, laboras,
Hei mihi, quam multis[55] flebilis ultor eris!
Dî, precor, à nobis omen removete[56] ſiniſtrum:
Et ſua det[57] reduci vir meus[58] arma Jovi.
Sed timeo: quotiesque ſubit miſerabile bellum,
More[59] nivis, lacrimae, ſole madentis, eunt.
Ilion &[60] Tenedos,[61] Simoïsque, &[62] Xantus, &[63] Ide.
Nomina ſunt ipſo pene timenda ſono.
Nec rapere auſurus, niſi ſe defendere poſſet,
[64] Hoſpes erat: vires noverat ille ſuas.
Venerat (ut fama eſt) multo ſpectabilis auro,
Quique ſuo Phrygias corpore ferret opes.
Claſſe[65] viriſque potens, per[66] quae fera bella geruntur:
Et ſequitur regni pars[67] quotacumque ſui.
His

53 Helenae Lacaenae. a Taenaro promontorio Laconiae. 54 ſc. Helenae. 55 quam multi peribunt ea ultione tua, quamque multae mulieres occiſis viris in bello dolebunt. 56 infauſtum. 57 qui te ſoſpitem reduxerit. 58 ſuſpendat arma. 59 quam ſol liquefacit. 60 inſula ad Troiam. 61 fluv. 62 itidem fl. 63 Phrygiæ mons. 64 Paris non auſus eſſet rapere Helenam, niſi putaſſet, ſe defendi contra Graecos viribus ſuis poſſe. 65 militibus. 66 qua claſſe & militibus. 67 minima regni pars eum ſequitur.

His ego te victam, [68] conſors [69] Ledaea [70] gemellis,
Suſpicor : [71] haec Danaïs poſſe nocere puto.
Hectora neſcio quem timeo: Paris Hectora dixit
[72] Ferrea ſanguineâ bella movere manu.
Hectora, quisquis is eſt, ſi ſum [73] tibi cara, caveto.
[74] Signatum memori pectore nomen habe.
Hunc [75] ubi vitaris, alios vitare memento:
Et multos illic [76] Hectoras eſſe puta.
Et facito [77] dicas, quoties pugnare [78] parabis,
[79] Parcere me juſſit Laodamia ſibi.
Si cadere Argolico fas [80] eſt ſub milite Trojam;
[81] Te quoque non ullum vulnus habente cadat.
Pugnet, & adverſos tendat Menelaus in hoſtes:
Ut rapiat Paridi, quam Paris ante ſibi.

[82] Ir-

68 Soror, iuncta ſanguine. 69 Helena filia Ledæ 70 Caſtori & Polluci geminis. 71 divitias & Troianorum potentiam. 72 crudelia, graviſſima. 73 ſi amas me. Eodem modo hac epiſtola extrema :

Si tibi cura mei, ſit tibi cura tui.

74 Hectoris nomen fac ſemper cogites. *Signatum*, i. e. quaſi inſculptum inpreſſumve pectori tuo. 75 poſtquam, ſc. 76 tales, qualis eſt Hector, i. e. fortes. 77 cogites, dicas mente. 78 pugnaturus es. 79 iuſſit Laomedia, ut ſibi parcam meque ſervem incolumem. 80 ſi per fata licet. 81 cadat ita, ne vulneretis.

[82] Irruat; & cauſſa quem vincit, vincat [83] & armis.
Hoſtibus é mediis nupta petenda viro eſt.
Cauſſa tua eſt [84] diſpar. tu tantum vivere pugna,
Inque pios [85] dominae poſſe redire ſinus.
Parcite, Dardanidae, de tot (precor) hoſtibus uni:
Ne meus ex illo [86] corpore ſanguis eat.
Non eſt [87], quem deceat nudo concurrere [88] ferro,
[89] Saevaque in oppoſitos pectora ferre viros.
Fortius ille [90] poteſt multo, quum pugnat amore.
Bella gerant alii; Proteſilāus amet.
Nunc fateor; volui [91] revocare; animusque [92] ferebat.
[93] Subſtitit auſpicii lingua timore mali.

Cum

82 Sc. in hoſtes. 83 etiam armis eum vincit, quem vincit cauſſa, i. e. Paridem. 84 tu aliam plane cauſſam habes quam Menelaus, nam ego nupta tua domi ſum. 85 uxoris. 86 Proteſilai. ne ipſa vulnerer aut interficiar in Menelao, qui altera vita mea eſt. 87 ſc. is Proteſilaus. 88 cum hoſte. 89 & irato animo adgredi milites armatos. 90 fortiorem ſe gerit Proteſilaus quum amat. Pertinet huc illud noſtri:

Militat omnis amans & habet ſua caſtra Cupido.

91 ad bellum Troianum euntem. 92 cupiebat, ſuadebat mihi. 93 non revocavit te lingua, ne male ominarer.

Cum foribus velles ad Trojam exire paternis,
Pes tuus [94] offenſo limine ſigna [95] dedit.
Ut vidi [96], gemui; [97] tacitoque in pectore dixi:
Signa reverſuri ſint, precor, iſta viri.
Haec tibi nunc refero, ne ſis [98] animoſus in armis:
Fac meus in [99] ventos hic [100] timor omnis eat.
[1] Sors quoque neſcio quem fato deſignat [2] iniquo,
Qui primus Danaûm Troada tangat humum.
Infelix [3], quae prima virum lugebit ademtum!
Dî faciant, ne tu [4] ſtrenuus eſſe velis!
Inter mille rates tua ſit [5] milleſima puppis,
Jamque [6] fatigatas ultima [7] verſet aquas.
Hoc quoque præmoneo: de nave [8] noviſſimus exi.
Non eſt, quo properes, terra paterna tibi [9].
Cum [10] venies, remoque [11] move veloque carinam;

[12] In-

94 Percuſſo, tacto. 95 mali ominis. 96 te limen pede offendere. 97 tacite, mecum, intra me. 98 nimis audax. 99 vanus ſit. 100 te nimis fore animoſum. 1 oraculi reſponſum. 2 morti deſtinavit. 3 ſc. femina 4 fortis, animoſus. 5 ultima. 6 pulſatas remis, navigatas. 7 moveat, pulſet. 8 ultimus. 9 ſed hoſtile ſolum 10 redibis ad me. 11 i. e. quam celerrime naviga.

Ut ſolet adfuſo [31] ſurgere flamma mero.
Quando ego, te reducem cupidis amplexa lacertis,
[32] Languida laetitiâ ſolvar ab ipſa meâ?
Quando erit, ut lecto mecum bene junctus in uno
Militiae [33] referas ſplendida facta tuae?
Quae mihi dum referes; [34] quamvis audire juvabit;
Multa tamen capies oſcula, multa dabis.
Semper [35] in his [36] apte narrantia verba [37] reſiſtunt.
[38] Promtior eſt [39] dulci lingua retenta mora.
Sed cum Troja ſubit, ſubeunt ventique fretumque;
Spes bona ſollicito victa timore cadit.
Hoc quoque, quod venti prohibent [40] exire carinas,
Me [41] movet: invitis ire paratis aquis.
Quis velit in patriam vento [42] prohibente reverti?

31 Creſcere. 32 Deficiens gaudio & laetitia mea ſolvar & paene moriar, quod fieri videmus ab inpotenti gaudii adfectu abreptis. 33 narres. 34 quamvis libenter & attente auditura ſum, tamen interrumpam datis acceptisque oſculis. 35 inter oſcula. 36 convenienter. 37 interrumpuntur. 38 promtius deinde pergit. 39 oſculis, ſeu tempore grato, quo oſcula dantur. 40 ex Aulide ſe. 41 turbat me. 42 contrario.

A patria [43] pelago vela vetante [44] datis.
Ipſe [45] ſuam non praebet iter Neptunus ad urbem.
Quo [46] ruitis? veſtras quisque redite domos.
Quo ruitis, Danaï? ventos [47] audite vetantes.
Non ſubiti [48] caſus, [49] numinis iſta mora eſt.
Quid petitur tanto, niſi turpis [50] adultera, bello?
Dum licet, [51] Inachiae vertite [52] vela rates.
Sed quid ego revoco haec? [53] omen revocantis abeſto,
Blandaque [54] compoſitas aura ſecundet aquas.
[55] Troäſin invideo. quae ſi lacrimoſa [56] ſuorum
Funera conſpicient, nec procul hoſtis erit;
Ipſa ſuis manibus forti nova nupta marito
Imponet galeam, barbaraque arma dabit.

Ar-

43 Turbido mari. 44 navigatis. 45 Troia intelligitur a Neptuno condita. 46 quo inconſulte & praecipites itis. 47 ne reſiſtite, ſed obſequimini ventis navigationem prohibentibus. 48 non caſu quodam ventus vobis eſt contrarius. 49 ſed deus Neptunus moram vobis iniicit. 50 Helena. 51 Graecae, ab Inacho Argivorum Rege. 52 redite, retro navigate. 53 abſit ab iſthac mea revocatione ſiniſtrum omen. 54 quieſcentes. 55 Troadibus. Graeco caſu. Invideo fortunae Troianorum, mulieresque Troianae meliori ſunt conditione quam Graecae. 56 maritorum, parentumve aut cognatorum.

Arma dabit: dumque arma dabit, ſimul oſcula ſumet.
(Hoc genus [57] officii dulce [58] duobus erit.)
[59] Producetque virum; dabit & mandata [60] reverti:
Et dicet: Referas iſta, face, arma Jovi.
Ille, ferens dominae mandata [61] recentia ſecum,
Pugnabit caute, [62] reſpicietque domum.
Exuet [63] haec reduci clypeum, galeamque reſolvet,
Excipietque ſuo pectora [64] laſſa [65] ſinu.
[66] Nos ſumus incertae: nos anxius omnia cogit,
Quae poſſunt fieri, facta putare timor.
Dum tamen arma geres [67] diverſo miles in orbe,
Quae [68] referat vultus eſt mihi [69] cera tuos.
Illi blanditias, illi tibi [70] debita verba
Dicimus: [71] amplexus accipit illa meos.

Cre-

57 Oſcula data & ſumta. 58 nuptae & marito. 59 comitabitur. 60 ut revertatur iubebit. 61 recenti haerentia memoria. 62 dominam, uxorem cogitabit domumque, dabitque operam, ut revertatur ſalvus & incolumis. 63 uxor, nupta. 64 ſc. mariti. 65 gremio. 66 mulieres Graecae incertae ſumus de vobis, quod abſumus procul a vobis. 67 alii. in Aſia. 68 exprimat, repraeſentet. 69 imago tua cerea. 70 quae tibi potius, quam imagini debentur. 71 amplector eam imaginem.

Crede mihi; plus [72] eſt, quamquod videatur, imago.
[73] Adde ſonum cerae; Proteſilaus [74] erit.
Hanc ſpecto, teneoque ſinu, pro [75] conjuge vero:
Et tamquam poſſit verba [76] referre, queror.
Per reditus, corpusque tuum, mea [77] numina, juro;
Perque pares animi conjugiique [78] faces.
Perque, quod [79] ut videam canis albere capillis,
Quod tecum poſſis ipſe referre [80], caput;
Me tibi venturam comitem, quocumque vocaris:
Sive [81], (quod heu timeo!) ſive [82] ſuperſtes eris.
[83] Ultima mandato claudetur epiſtola parvo;
Si tibi cura mei [84], ſit tibi cura tui.

EPI-

72 Plus me delectat, quia te refert. 73 ſi vox ipſi ſit. 74 credere te ipſum eſſe. 75 loco tui. 76 mihi reſpondere. 77 mihi tam carum, quam numina. 78 per amorem & coniugium noſtrum. 79 utinam. 80 ſalvus & inlaeſus. 81 eleganti ellipſi ominis cauſſa utitur omittitque τὸ *morieris*, aut ſimile quid. 82 vives. 83 pars epiſtolae ultima, quemadmodum dicimus *ultima planta*, *ultimae aedes*, reliqua. 84 ſc. eſt.

EPISTOLA XIV.

HYPERMNESTRA LYNCEO.

ARGUMENTUM.

Danaus Beli priſci filius, ex pluribus coniugibus quinquaginta filias ſuſcepit, quas dum Aegyptus eius frater, cui totidem erant filii, poſtulaſſet nurus, Danaus oraculi reſponſo comperto, ſe manibus generi moriturum, uolens periculum euitare, conſcenſis nauibus Argos uenit. Indignatus autem Aegyptus, eo quod ſpretus eſſet, filios cum exercitu ad illud oppugnandum miſit, hac lege, ut non niſi interemto Danao ad ſe redirent, aut filiarum connubia iniſſent. Ille autem obſidione coactus, filias ſe daturum ſpopondit. Sed puellae accepto a patre gladio, ut iuſſum erat, prima nocte quum uino laetitiaque calentes iuuenes in profundiſſimum ſoporem deſcendiſſent, unaquaeque ſuum iugulauit, ſola Hypermneſtra excepta, quae Lino, quem Euſebius Lynceum adpellat, marito ſuo miſerta pepercit, ſuaſitque, ut ad patrem Aegyptum detecto facinore quamprimum fugeret. Sed quum pater Danaus ab omnibus perfectum facinus intellexiſſet, praeterquam ab Hypermneſtra, eam crudeliſſime uinctam in carcere ſeruandam tradidit. Quare Linum patruelem,

elem, eundemque maritum, quem ſeruauerat, hac epiſtola rogat, ut uel opem ferat, captiuitateque liberet, uel, ſi mori contingat, ut ſepulturae honore non careat. A Lino tandem, Danao trucidato, fuit liberata.

MIttit [2] Hypermneſtra de [3] tot modo fratribus [4] uni!
[5] Cetera [6] nuptarum crimine turba jacet.
[7] Clauſa domo teneor, gravibusque coërcita vinclis.
Eſt mihi ſupplicii cauſſa, fuiſſe piam [8].
Quod manus extimuit [9] jugulo [10] demittere ferrum,
Sum rea. laudarer [11], ſi ſcelus [12] auſa forem.
Eſſe ream praeſtat, quam [13] ſic placuiſſe parenti.
Non piget immunes caedis habere manus.
Me pater [14] igne licet, quem non [15] violavimus, urat;
Quaeque aderant ſacris [16], tendat in [17] ora faces;

Aut

2 Litteras haſce. 3 quinquaginta. 4 ſoli ſuperſtiti. 5 ceteri fratres occiſi ſunt. 6 ſcelere ſponſarum. 7 in vincula coniecta. 8 erga te ſc. te ſervaſſe. 9 ſc. tuo. 10 te iugulare. 11 ſc. a parente meo. 12 ſi te interemiſſem ut ceterae ſorores. 13 ſcelere. 14 nuptialibus facibus. 15 te iugulando. 16 ſc. nuptialibus. 17 in faciem mihi iniiciat.

Aut illo jugulet, quem non [18] bene tradidit, enſe;
Ut qua non cecidit vir nece, nupta cadam:
Non tamen, ut dicant [19] morientia, [20] Poenitet, ora,
Efficiet. non es [21], quam piget eſſe piam.
Poeniteat ſceleris [22] Danaum, ſaevasque ſorores.
[23] Hic ſolet eventus facta nefanda ſequi.
Cor pavet [24] admonitu [25] temeratae ſanguine noctis;
Et ſubitus dextrae praepedit [26] orſa tremor.
Quam tu caede [27] putes fungi [28] potuiſſe mariti,
Scribere de [29] facta non ſibi caede timet.
Sed tamen experiar [30]. Modo facta crepuſcula terris;
[31] Ultima pars noctis, primaque lucis erat:
Duci-

18 Inpie, ad interficiendum ſc. te. 19 ego moriens. 20 me non interfeciſſe Lynceum. 21 ſe ipſa adloquitur, dicitque: non es ea ſeu talis, o Hypermneſtra, quam, *reliqua.* 22 meum patrem. 23 *hic eventus,* i. e. poenitentia. 24 recordatione. 25 pollutae. 26 recte Cel. Burmannus vel invito ſuo Heinſio ſcribit ita pro *oſſa,* inſolens enim videtur τὸ *oſſa dextrae*, aliudque plane eſt quod Noſter aliquoties habet alibi: *metus concutit oſſa.* *Orſa* vero h. l. ſunt incepta ſcriptio, longe elegantiſſime, ſi quid intelligimus. 27 forte, quam dextram forte quis putet, *reliqua.* 28 interficere maritum. 29 timet ſcribere de caede a ſe non facta. 30 ſc. ſcribere. 31 Crepuſculi deſcriptio eſt.

Ducimur [32] Inachides magni ſub tecta [33] Tyranni;
Et [34] ſocer [35] armatas accipit aede nurus.
Undique collucent [36] praecinctae lampades auro.
Dantur in [37] invitos impia tura focos.
Vulgus, Hymen, Hymenaee, vocant: fugit ille [38] vocantes.
Ipſa Jovis [39] conjux ceſſit ab [40] urbe ſua.
Ecce mero [41] dubii, comitum clamore [42] frequentes,
[43] Flore novo [44] madidas [45] impediente comas.
In thalamos laeti, thalamos, ſua [46] buſta, [47] feruntur:
Strataque corporibus, funere [48] digna, [49] premunt.
Jamque, cibo, vinoque [50] graves, ſomnoque, jacebant;
Securumque quies [51] alta per Argos erat:

Cir-

32 Pronepotes Inachi. 33 Danai. 34 Aegyptus. 35 gladiis a parente datis. 36 ornatae. 37 quae inviti foci aut dii potius accipiebant. 38 ſc. Hymenæus, nuptiarum Deus. 39 Juno. 40 Argis, ubi dicitur nata & ubi colebatur inprimis. 41 nutantes, ebrii, *die taumelten*. 42 comitati, circumdati. 43 corona e floribus recentibus contexta. 44 delibutas unguento. 45 circumdante. 46 ubi moriendum ipſis erat. 47 concedunt, ſe conferunt. 48 magis digna quae funeribus premerentur. 49 iacent in ſtratis. 50 oppreſſi. 51 profundus ſomnus.

Circum me gemitus morientum audire videbar:
[52] Et tamen audibam; quodque verebar, erat.
Sanguis abit; mentemque calor, corpusque, relinquit:
Inque novo jacui frigida facta toro.
Ut leni Zephyro fragiles [53] vibrantur ariſtae;
Frigida [54] populeas ut quatit aura [55] comas,
Aut ſic, aut etiam tremui magis. ipſe [56] jacebas:
Quaeque tibi dederam vina, ſoporis [57] erant.
[58] Excuſſere metum violenti juſſa parentis [59],
Erigor; & capio [60] tela tremente manu.
Non ego falſa loquar. ter acutum ſuſtulit [61] enſem,
Ter male ſublato [62] recidit enſe, manus.
[Admovi [63] jugulo; ſine me tibi vera fateri;
Admovi jugulo tela [64] paterna tuo.]

Sed

---

52 Atque revera etiam audiebam. 53 commoventur. 54 populi arboris. 55 frondes, folia. 56 tu vero dormiebas. 57 ſoporis vina erant, i. e. ſoporem inducebant. 58 removerunt, abegerunt. 59 qui mortem mihi fuerat minatus, niſi te interimerem. 60 enſem. 61 ſc. manus. 62 retro lapſa eſt vel manus vel ego ſum retrolapſa. vel, enſis male ſublatus recidit e manu. 63 ſc. gladium. 64 gladium a patre mihi datum.

Sed timor & pietas crudelibus obſtitit auſis :
Caſtaque mandatum dextra [65] refugit opus.
Purpureos laniata ſinus, laniata capillos,
Exiguo dixi talia verba ſono:
Saevus, Hypermneſtra, pater eſt tibi. juſſa parentis
Effice. [66] germanis ſit comes [67] iſte ſuis.
Femina ſum, & virgo ; natura [68] mitis, & annis.
Non [69] faciunt molles ad fera tela manus.
Quin age, dumque [70] jacet, fortes imitare ſorores.
Credibile eſt caeſos omnibus eſſe viros.
Si manus haec aliquam poſſet committere caedem,
Morte foret [71] dominae ſanguinolenta ſuae.
Quo meruere necem, [72] patruelia regna tenendo.
Quae tamen [73] externis danda forent generis?

Fin-

[65] Abhorruit a caede tua. [66] fratribus. [67] Lynceus, ut reliqui fratres, interficiatur. [68] propter naturam & annos teneros. [69] aptae non ſunt. [70] dormit Lynceus [71] caede mea. [72] patrui. Patruus enim Danaus & filias ſuas fratris filiis, ſed regna etiam ſua dare debuit. [73] peregrinis, ob defectum filiorum, quos non habebat Danaus.

Finge [74] viros meruiſſe mori: quid fecimus [75] ipſae?
[76] Quo mihi commiſſo non licet eſſe piae?
Quid mihi cum ferro? [77] quo bellica tela puellae?
Aptior eſt digitis lana colusque meis.
Haec ego [78]. dumque queror, lacrimae ſua verba ſequuntur,
Deque meis oculis in tua membra [79] cadunt.
Dum petis amplexus [80], ſopitaque brachia [81] jactas;
Pene manus [82] telo ſaucia facta tua eſt.
Jamque patrem, famulosque patris, [83] lucemque timebam.
[84] Expulerunt ſomnos haec mea dicta tuos:
Surge age, [85] Belide, de tot modo fratribus unus:
Nox tibi, ni properas, iſta [86] perennis erit.

Ter-

---

74 Sponſos hoſce. 75 quapropter homicidium debeamus committere. 76 propter quod peccatum. 77 quid enſis puellae mihi utilitatis praeſtat. 78 ſc. queſta ſum. 79 in corpus tuum dormientis. 80 ſc. meos, dum vis me amplexari. 81 moves brachia in ſomno. 82 gladio. 83 diem adpropinquantem. 84 ita loquens te expergefeci. 85 Lynceu, nepos Beli Priſci. 86 mori eris. Eodem ſignificatu vocem *noctis* uſurpat Catullus ad Lesbiam p. 15. ed. Voſſianae:

Soles occidere & redire poſſunt,
Nobis, quum ſemel occidit brevis lux,
Nox eſt perpetua una dormienda.

Territus exſurgis: fugit omnis inertia ſomni.
Adſpicis in timida fortia tela manu:
Quaerenti cauſſam, Dum nox finit [87], effuge, dixi.
Dum nox atra finit, tu fugis: ipſa moror.
Mane erat: & Danaus generos ex caede jacentes
Dinumerat. Summae criminis [88] unus abes.
[89] Fert male [90] cognatae jacturam mortis in [91] uno;
Et queritur facti ſanguinis eſſe parum.
Abſtrahor à patriis [92] pedibus; raptamque [93] capillis
(Haec meruit pietas praemia) carcer habet.
Scilicet ex illo Junonia [94] permanet ira;
[95] Quo bos ex homine eſt, ex bove facta Dea.
[96] At ſatis eſt poenae teneram [97] mugiſſe puellam:

Nec,

87 Ut effugias. 88 tu ſolus dees numero & ſummae crimine occiſorum. 89 indignatur, te non eſſe itidem interfectum. 90 cognatorum mortis. 91 in te Lynceo. 92 ad quos me provolveram. 93 crinibus abſtractam me. 94 Junonis ira inde ex eo tempore perdurat. 95 Ionis fabula ſignificatur, de qua *Noſter Metamorph.* 96 contenta debebat eſſe Iuno ſupplicio eo, quo formoſa Io in vaccam mutabatur. 97 vaccam eſſe factam.

Nec, modo [98] formoſam, [99] poſſe placere Jovi.
Adſtitit in ripa [100] liquidi nova vacca [1] parentis,
Cornuaque in [2] patriis [3] non ſua vidit aquis:
Conatoque queri mugitus edidit ore:
Territaque eſt forma, territa voce ſua.
Quid furis, [4] infelix? quid te miraris in umbra?
Quid numeras [5] factos ad nova membra pedes?
[6] Illa Jovis magni pellex, metuenda [7] ſorori,
Fronde [8] levas nimiam [9] ceſpitibusque famem.
Fonte bibis, ſpectasque tuam ſtupefacta figuram:
Et te ne feriant, quae geris, [10] arma, times.
Quaeque modo, ut poſſis etiam Jove digna videri,
Dives eras; nullâ nuda recumbis humo.

Per

68 Quae antea paullo pulcra erat. 99 iam non amplius poſſe ab Jove amari utpote in vaccam mutatam. 100 Inachi fluvius, qui parens erat Inonis. 1 Ino. 2 in fluvio Inacho. 3 non convenientia ſibi. 4 oeſtro percita. Decantant eam οἰςρηλασίαν Iûs poëtae magnopere. 5 pedes quatuor, membris novis, vaccae ſcil. convenientes. 6 tu illa pellex. 7 Junoni, Jovis & ſorori & coniugi. 8 depellis, ſedas. 9 gramine, herbis. 10 cornua.

Per mare, per terras, [11] cognataque flumina curris;
Dat mare, dant amnes, dat tibi terra viam.
Quae tibi cauſſa fugae? quid Io freta longa pererras?
[12] Non poteris vultus effugere ipſa tuos.
[13] Inachi, quo properas? eadem [14] ſequeriſque fugiſque.
Tu tibi dux comiti: tu comes ipſa duci.
Per ſeptem Nilus [15] portus [16] emiſſus in aequor
Exuit [17] inſanae [18] pellicis ora bovi.
[19] Ultima quid referam, quorum mihi cana [20] ſenectus
Auctor? dant [21] anni quod querar, ecce, mei.
Bella [22] pater [23] patruuſque gerunt: regnoque domoque
[24] Pellimur. [25] ejectos [26] ultimus orbis habet.

27 Ille

11 Cognatione tibi coniuncta ob patrem Inachum, itidem fluvium. 12 non poteris currendo efficere, quo minus vacca ſis. 13 Ino, Inachi filia. 14 vaccam ſequeris, dum es vacca; vaccam etiam fugis, dum forma tua terreris. 15 oſtia. 16 qui defertur & effunditur. 17 furenti. 18 dicit, in Ægypto Ino rediiſſe ad priſtinam formam. 19 remota a noſtra memoria domus meae mala. 20 quae narravere mihi ſenes. 21 anni mei, & ipſa, quae in illis vivo, materiam ſuppeditant narrandi triſtiſſima quaeque. 22 Danaus, pater meus. 23 Ægyptus. 24 filiae, in queis ego etiam fui, & pater. 25 ſc. regno. 26 remotiſſimae regiones.

[27] Ille ferox ſolus [28] ſolio ſceptroque potitur:
Cum [29] ſene nos inopi turba vagamur inops.
De [30] fratrum populo pars exiguiſſima reſtas.
[31] Quique dati leto, quaeque dedere, fleo.
Nam mihi quot fratres, totidem periere ſorores.
Accipiat lacrimas utraque turba meas.
En ego, [32] quod vivis, poenae crucianda reſervor.
Quid fiet [33] ſonti, cum rea [34] laudis agar?
Et, conſanguineae quondam centeſima turbae,
Infelix, uno [35] fratre manente, [36] cadam.
At tu, ſi quicquam, Lynceu, tibi cura ſororis,
Quaeque tibi tribui munera, [37] dignus habes;
Vel fer opem: vel dede neci; defunctaque vita
Corpora [38] furtivis inſuper adde rogis.

Et

27 Patruus. 28 regno, rerum potitur. 29 Danao patre. 30 ex patruelibus quinquaginta. 31 deploro & amiſſos patrueles, & ſorores, quae eos interfecere. 32 ideo quod te etiam non iugulavi. 33 meritae. 34 quum propter laudabile factum ſim rea. 35 te ſuperſtite. 36 moriar. 37 ſi dignus eſſe vis munere, quo vitam donavi tibi. 38 clandeſtinis rogis impone.

Et ſepeli lacrimis perfuſa fidelibus oſſa.
 [39] Scriptaque ſint [40] titulo noſtra ſepulcra brevi.
Exul Hypermneſtra, pretium pietatis iniquum,
 [41] Quam mortem fratri depulit, ipſa tulit.
Scribere plura libet: ſed pondere laſſa catenae [42]
 Eſt manus; & [43] vires [44] ſubtrahit ipſe [45] timor.

39 Inſcripta. 40 epitaphio. 41 ipſa tulit loco pretii pro pietate mortem, quam depulit fratri. 42 qua vincta ſum. 43 ſcribendi. 44 aufert. 45 patris nempe.

EPISTOLA XV.

SAPPHO PHAONI.

ARGUMENTUM.

Tradunt Suidas & Aelianus, Graeci ſcriptores, duas hoc nomine Sappho exſtitiſſe. quarum altera Erexia ſeu Ereſia, poëtria percelebris, quae Alcai, & Pittaci, atque Tarquinii Priſci tempore claruit, quae etiam plectrum prima adinuenit. huic nonnulli carmen lyricum tribuunt. Altera Mytilenaea longe iunior, quae pſaltria & meretrix fuit. Scri-

pſit

pſit multa & praeclara apud Graecos poëmata, adeo, ut decima Muſa dicta ſit. Quae autem in Phaonis amorem inciderit, Plinius herbae tribuit lib. XXIII. Aelianus omnimodae hiſt. lib. XII deſcribit pulcerrimum mortalium omnium Phaonem a Venere olim lactucis occultatum; eſſe uero & alios, aliter qui ſcripſerint, fuiſſe Phaonem ex eorum hominum genere, qui traiiciendis ultro citroque uiatoribus nauigiolis inpenſiorem dantes operam victum ſibi diurnum quaeritarent: acceſſiſſe tandem & Venerem, quae ſe, ut in alteram transportaret ripam, nulla interim promiſſa ſtipe, rogaret. quod quum ille libentius effeciſſet, neſcius, quam transueheret, deam eſſe, tum vero a Venere longe pretioſius accepiſſe munus, quam ſi uel ampliſſimum manupretium exegiſſet: (alabaſtrum namque quum accepiſſet unguine quodam plenum, quo ſemel perunctus, formoſiſſimus repente mortalium cunctorum adparuit) mulieres omnes Lesbias in eius exarſiſſe cupidinem, prae ceteris uero inpatientiſſime atque ardentiſſime a Sappho adamatum. Haec ille. Quum uero Phaon in Siciliam forte diſceſſiſſet, Sappho amoris ignibus incenſa & plane ardens, ſe ab illo ſperni timens, ſtatuit etiam capitis periculo furorem lenire, demiſſo in mare corpore ex Leucate Epiri promontorio. Sed antequam illuc

accedāt, per inconſtantiam muliebrem tentans, quod deſperauerat, hac epiſtola eum aduocare ſtudet, faciens abſenti inuidiam ſuae conditionis, & calamitatis, quam omnibus incommodis miſerabilem oſtendit. Denique omnes miſericordiae angulos excurrit, nec aliquid, quod moueat, praetermittit. Nulla autem in epiſtola mitiores acla ſciuiores amoris affectus, quam in iſta, expreſſit Ouidius, eo quod ſupra muliebrem conditionem in amores arſerit Sappho, quum non modo uirum perdite amauerit, ſed aliarum quoque mulierum tribas fuerit, id eſt, inſultando illas fricarit. Vnde ab Horatio maſcula *Sappho uocata eſt. Multi tamen putant hanc eſſe Sappho, quam diuinus Plato ſapientem uocat. De ea autem ſic cecinit Antipater Sidonius:*

Dulcia Mnemoſyne demirans carmina Sapphus,
Quaeſiuit decima Pieris unde foret.

Auſonius:

Lesbia Pieriis Sappho ſoror addita Muſis:
Εἴμ' ἄυτη λυρικῶν ἀοιδῶν δεκάτη.

Papinius:

Steſichorusque ferox, ſaltusque ingreſſa uiriles,
Non formidata temeraria Leucade Sappho.

Horatius:

Viuuntque commiſſi calores,
Aeoliae fidibus puellae.

Ecquid

ECquid, ut inſpecta eſt [2] ſtudioſae litera dextrae,
Protinus eſt oculis cognita [3] noſtra tuis?
[4] An, niſi legiſſes auctoris nomina Sapphus,
Hoc breve neſcires unde veniret [5] opus?
Forſitan &, quare mea ſint [6] alterna, requiras,
Carmina; cum lyricis ſim magis apta modis.
[7] Flendus amor meus eſt: elegeïa flebile carmen [8].
Non facit ad lacrimas [9] barbitos ulla meas.
Uror, ut, indomitis ignem [10] exercentibus Euris,
Fertilis accenſis [11] meſſibus ardet ager.
Arva Phaon [12] celebrat [13] diverſa [14] Typhoïdos Aetnae.
Me calor [15] Aetnaeo non minor igne coquit.
Nec mihi, diſpoſitis quae [16] jungam carmina nervis,

Pro-

2 Doctae manus. 3 an cognoviſti, mea manu ſcriptam eſſe. 4 *oder.* 5 haec epiſtola. 6 elegiaca. 7 reddit rationem, quare elegiacis verſibus, non lyricis, utatur. 8 ſc. eſt. 9 i. e. lyricum carmen. cytharae enim lyricae genus eſt. vel ipſa potius lyra, *barbitos.* 10 agitantibus. 11 ſegetibus. 12 tenet, frequentat, moratur in iisdem. 13 diſſita, remota. 14 Aetna ſic dicitur a Typhoeo gigante, qui a Iove fulmine percuſſus ſub eo monte jacere fingitur a Poëtis. Diximus plura alibi. 15 ſc. amoris. 16 coniungam cum citharae ſono.

Proveniunt; [17] vacuae carmina mentis opus.
Nec me [18] Pyrrhiades [19] Methymniadesve puellae,
Nec me Lesbiadum cetera turba juvant.
Vilis [20] Anactorie, vilis mihi candida Cydno:
Non oculis grata eſt Atthis, ut ante, meis.
Atque aliae [21] centum, quas non ſine crimine amavi.
[22] Improbe, multarum [23] quod fuit, unus habes.
Eſt in te [24] facies, ſunt apti [25] luſibus anni.
O facies oculis inſidioſa meis!
Sume [26] fidem & pharetram; fies [27] manifeſtus Apollo.
Accedant capiti cornua; Bacchus eris.
Et [28] Phoebus [29] Daphnen, & [30] Gnoſida Bacchus amavit.
[31] Nec norat Lyricos illa, vel illa, modos.

At

---

17 Tranquillae, nec, ut mea eſt, amoris adfectu vehementi nimis turbatae. 18 e Pyrrha Lesbi urbe. 19 e Methyma, itidem Lesbi urbe. 20 has puellas inpudico ſe amore deperiſſe confitetur hic Sappho. 21 plurimae. 22 Phaon. 23 quod multae puellae a me amatae habebant, id tu unus poſſides. i. e. amo te prae omnibus. 24 pulcritudo. 25 amori. 26 citharam. 27 ſimillimus eris Apollini. 28 Apollo. 29 Penei fl. filiam, in laurum ab Iove converſam. 30 Ariadnen e Gnoſo urbe Cretae. 31 licet neque Daphne, neque Ariadne poëtria fuerit, ut ſum ego.

At mihi [32] Pegaſides blandiſſima carmina dictant:
Jam canitur toto nomen in orbe meum.
Nec plus [33] Alcaeus, conſors [34] patriaeque lyraeque,
Laudis habet: quamvis grandius ille ſonet.
Si mihi [35] difficilis formam natura negavit;
Ingenio formae damna rependo meae.
Sum brevis [36]; at nomen, quod terras impleat omnes,
Eſt mihi: menſuram nominis ipſa fero.
Candida ſi non ſum, placuit [37] Cepheïa Perſeo
Antromede, [38] patriae [39] fuſca colore ſuae.
Et [40] variis albae junguntur ſaepe columbae:
Et niger à [41] viridi turtur amatur ave.
Si, niſi quae [42] facie poterit te digna videri,
Nulla [43] futura tua eſt; nulla [44] futura tua eſt.

At

32 Muſae, a fonte, ἀπὸ τῆς πηγῆς, quem Pegaſus equus alatus ungula effecit. 33 Lyricus poëta. 34 itidem Mitylenaeus. 35 non favens. 36 corpore ſcilicet. 37 Andromede Cephei regis Aethiopum filia. 38 Aethiopiae. 39 nigra. 40 varii coloris, ut pavones & columbae, ceteraeque varii generis aves, quae amicitia quadam & amore junguntur. 41 Pſittaco. 42 pulcritudine & venuſtate. 43 a te non amabitur. 44 nullam umquam invenies, quae ad venuſtatem quod adtinet, te digna eſſe poſſit, quum ſis hominum pulcerrimus.

At, me cum [45] legeres, etiam formoſa videbar.
Unam jurabas usque decere loqui.
Cantabam; memini, (meminerunt omnia amantes)
Oſcula cantanti tu mihi rapta dabas.
Haec [46] quoque laudabas: omnique à parte placebam.
Sed tum praecipue, cum fit Amoris opus.
Tunc te plus ſolito [47] laſcivia noſtra juvabat,
Crebraque mobilitas [48], aptaque verba joco;
Quique, ubi jam amborum fuerat [49] conſumta voluptas,
Plurimus in laſſo corpore languor erat.
Nunc tibi [50] Sicelides veniunt, nova praeda, puellae.
[51] Quid mihi cum Lesbo? Sicelis eſſe volo.
At vos [52] erronem tellure remittite noſtrum,
[53] Niſiades matres, Niſiadesque nurus.
Neu vos decipiant blandae mendacia linguae.
Quae dicit [54] vobis, dixerat ante mihi.

Tu

45 Mea carmina. 46 ſc. oſcula. 47 artificioſus amor, inſatiabilis cupido. 48 lumborum concuſſiones & agitationes. 49 perfecta. 50 Siculae. 51 inquis, quid, reliqua. 52 errantem Phaonem, 53 Siculae, a proxima Sicil. regione. 54 ſs. Phaon.

Tu quoque quae montes celebras, [55] Erycina, [56] Sicanos,
(Nam tua ſum) vati conſule, Diva, tuae.
An [57] gravis inceptum [58] peragit Fortuna tenorem,
Et manet in curſu ſemper acerba ſuo?
Sex mihi natales [59] ierant; cum lecta parentis
[60] Ante diem lacrimas oſſa [61] bibêre meas.
[62] Arſit inops frater [63], captus [64] meretricis amore;
Mixtaque cum turpi [65] damna pudore tulit.
Factus inops agili peragit freta caerula remo;
Quasque male amiſit; nunc male [66] quaerit opes.
Me quoque, quod monui bene multa fideliter, odit.
Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit.

Et

55 Venus, ſic dicta a monte Eryce, in Sicilia, ubi colebatur. 56 qui ſic a Sicano rege dicuntur. 57 adverſa. 58 pergit qua coepit mecum agere. 59 ſex nata eram annos. 60 mature nimis. 61 ſunt conſperſa & madefacta. i. e. quum parentem amiſi. 62 amore. 63 Charaxus. 64 Rhodopes. 65 turpis & damnoſus ipſi fuit is amor, quoniam amabat meretricem, eamque viliſſimam grandi pecunia in libertatem vindicavit. 66 magno diſcrimine & periculo, piraticam exercendo.

Et tamquam deſint, quae me ſine fine fatigent,
Adcumulat [67] curas filia [68] parva meas.
Ultima tu noſtris accedis cauſſa querelis.
[69] Non agitur vento noſtra carina ſuo.
Ecce, jacent collo ſparſi ſine [70] lege capilli:
Nec premit [71] articulos lucida [72] gemma meos.
Veſte [73] tegor vili: nullum eſt in [74] crinibus aurum:
Non [75] Arabo noſter rore capillus olet.
[76] Cui colar infelix, aut cui placuiſſe laborem?
[77] Ille mei cultus unicus auctor abeſt.
Molle meum, levibusque cor eſt [78] violabile telis:
Et ſemper cauſſa eſt, cur ego ſemper amem.

Sive

67 Auget. 68 Cleis adpellata. 69 non ea eſt rerum mearum, quae debebat, conditio. 70 ordine & ornatu deſtituti. 71 digitos. annulos non geſto. 72 annulus, in quo gemma incluſa eſt. 73 induta ſum. 74 crines auro non ornati ſunt. 75 Myrrha Arabica, qua capillos ungere moris erat. *Valer. Flaccus* VI.

Et gravidae maduere comae, quas rore Sabaeo.
Nutrierat, liquidoque parens ſignaverat auro,

76 cuius cauſſa ornem me. 77 tu, qui faciebas, ut me colerem ornaremque. 78 quod poteſt violari facile amoris telis.

Sive ita naſcenti legem dixere [79] ſorores;
Nec data ſunt vitae fila [80] ſevera meae;
Sive abeunt [81] ſtudia in mores, arteſque magiſtrae;
Ingenium nobis molle [82] Thalia facit.
Quid mirum, primae ſi me [83] lanuginis aetas
[84] Abſtulit, atque anni, quos vir amare poteſt?
Hunc ne pro [85] Cephalo raperes, Aurora, timebam.
Et [86] faceres: ſed te prima [87] rapina tenet.
Hunc ſi conſpicias, quae conſpicis omnia, [88] Phoebe;
[89] Juſſus erit ſomnos continuare Phaon.
Hunc Venus in coelum curru vexiſſet eburno;
Sed videt & Marti poſſe placere ſuo.

O nec

79 Parcae tres ita voluere me naſci, ut prona eſſem ſemper in amorem ac facilis. 80 Parcae nere dicuntur hominum vitam. Sappho itaque hoc loco filum vitae ſuæ ita quaſi deductum eſſe a Parcis ait, ut ludere ſemper, amorique dare operam debeat, facileque eodem vincatur, utpote minime ſevera aut amatoribus invincibilis. 81 ſive mores etiam noſtri tales fieri ſolent, qualia ſunt ſtudia, queis dediti ſumus. 82 Poëtices. Thalia una eſt ex Muſis. 83 pubertatis. 84 rapuit ad amorem. 85 quem Aurora amore eius capta rapuit & per auras abduxit. 86 raperes Phaonem. 87 Cephalus. 88 Luna. 89 Reſpicitur ad fabulam Endymionis, qui amatus eſt a Luna & dormiens ab ea deoſculatus.

O nec adhuc juvenis, nec jam puer; [90] utilis aetas!
O decus, atque aevi gloria magna tui!
Huc ades: inque ſinus, formoſe, relabere noſtros.
Non ut ames, oro, verum ut amare [91] ſinas.
Scribimus, & lacrimis oculi [92] rorantur obortis.
Adſpice, quam ſit in [93] hoc [94] multa litura loco.
Si tam [95] certus eras hinc ire, modeſtius [96] iſſes;
Et [97] modo dixiſſes; Lesbi puella, vale.
Non tecum lacrimas, non oſcula [98] ſumma tuliſti.
Denique non [99] timui, [100] quod dolitura fui.
Nil de te [1] mecum eſt, niſi tantum injuria [2]: nec tu,
Admoneat quod te, [3] pignus amantis habes.

Non

90 Amabilis omnium maxime. 91 ſc. te. 92 madeſiunt ceu rore. 93 hac epiſtolae huius parte. 94 quam multae maculae. 95 cerco tibi propoſuiſſes. 96 debuiſſes abire ita ut teſtarere, te viciſſim me magni facere & amare. *Du hätteſt die Höflichkeit, die man einem Frauenzimmer ſchuldig iſt, nicht ſo vergeſſen ſollen.* 97 ſaltim. 98 ultima. 99 *ich habe mich deſſen nicht verſehen.* 100 id ſcil. quod, ſeu, propter quod dolitura eram, iamque doleo, i. e. de diſceſſu tuo fui ſecura. 1 apud me. Ut apud Phaedrum: alapae *mecum* veneunt. 2 qua me adfeciſti digreſſus a me. 3 munus a me accepiſti nullum,

Non mandata dedi. neque [4] enim mandata dediſſem
Ulla, niſi, ut nolles immemor eſſe mei.
Per tibi, qui numquam longe [5] diſcedat, Amorem,
Perque novem juro, numina [6] noſtra, [7] Deas!
Cum mihi neſcio quis, Fugiunt tua [8] gaudia, dixit;
Nec me flere diu, nec potuiſſe [9] loqui.
Et lacrimae deerant oculis, & lingua [10] palato.
[11] Adſtrictum gelido frigore pectus erat.
Poſtquam ſe dolor [12] invenit; nec pectora plangi,
Nec puduit ſciſſis exululare comis.
Non aliter, quam ſi gnati pia mater [13] ademti
Portet ad exſtructos corpus [14] inane rogos.
Gaudet, & é noſtro [15] creſcit moerore Charaxus
Frater; & ante oculos itque reditque meos.

Utque

4 Neque tamen. 5 a te. 6 mea. 7 Muſas. 8 abit a te Phaon. 9 eâ ſolent fieri ab attonitis amantibus. 10 lingua non faciebat ſuum munus. 11 quaſi contractum terrore. 12 poſtquam ad me redii & dolorem quaſi inveni & ſenſi. 13 morte ſc. 14 inane animâ; mortuum. 15 effertur, ovat.

Utque pudenda mei videatur cauſſa doloris,
Quid dolet haec? certe filia vivit, ait.
Non veniunt [16] in idem pudor atque amor, omne [17] videbat
Vulgus; eram lacero [18] pectus aperta ſinu.
Tu mihi cura, Phaon: te ſomnia noſtra [19] reducunt;
Somnia formoſo [20] candidiora die.
[21] Illic te invenio; quamquam regionibus abſis.
Sed non longa ſatis [12] gaudia ſomnus habet.
Saepe tuos noſtra cervice [23] onerare lacertos,
Saepe tuae [24] videor ſuppoſuiſſe meos.
Blandior interdum, veriſque ſimillima verba
Eloquor: & vigilant [25] ſenſibus ora meis.
Oſcula [26] cognoſco, quae tu [27] committere linguae,
Aptaque conſueras accipere, apta dare.
Ulte-

16 Pudor & amor non bene conveniunt. Noſter alibi:

Non bene conveniunt, nec in una ſede morantur
Maieſtas & amor.

17 videbant omnes me nimis amare, neque tamen puduit me. 18 ad pectus quod adtinet, nuda eram, & laceraram prae dolore veſtem. 19 neminem curo praeter te, tuque in ſomno mihi ades. 20 feliciora, gratiora mihi. 21 in ſomniis. 22 ſed non ſatis diu te fruor in ſomniis. 23 ſaepe te videor amplecti. 24 cervici ſc. 25 ut eloquar quae ſentio. 26 ſentio. 27 conſertis linguis dare & accipere ſolebas.

Ulteriora pudet narrare: ſed omnia [28] fiunt.
Et juvat, & ſine te non libet [29] eſſe mihi.
At cum ſe [30] Titan oſtendit, & omnia ſecum [31],
Tam cito me ſomnos deſtituiſſe queror.
Antra nemusque [32] peto; tamquam nemus antraque [33] proſint.
Conſcia [34] deliciis illa fuere tuis.
Illuc mentis inops [35], ut quam furialis [36] Erichtho
[37] Impulit, in collo crine jacente, feror.
Antra vident oculi [38] ſcabro [39] pendentia [40] topho,
Quae mihi [41] Mygdonii marmoris inſtar erant.
Invenio ſilvam, [41] quae ſaepe cubilia nobis
Praebuit, & multâ texit [42] opaca [43] comâ:

At

28 i. e. ea omnia facere videmur in ſomniis, quae pudet narrare & quae nemo neſcit. *Caetera quis neſcit*, alibi Naſo ſcribit. 29 vivere. 30 Sol. 31 ſc. oſtendit, quum ſol oritur. 32 me confero in antra & nemus. 33 iuvent aliquid meum amorem. 34 conſcia ſunt amoris noſtri. 35 amore furibunda. 36 Maga mulier, incantatione multum pollens. 37 incitavit, incantavit. 38 aſpero. 39 arcuata & ſublimia. 40 ſcabro lapide & molliori. 41 Phrygii. Mygdonia enim Phrygiam terminat. 41 ubi ſaepe iacentes amori indulſimus. 42 ſc. nos. 43 frondibus.

At non invenio dominum ſilvaeque meumque [44].
Vile ſolum locus eſt: [45] dos erat [46] ille loci.
Agnovi [47] preſſas noti mihi ceſpitis herbas:
De noſtro [48] curvum pondere gramen erat.
[49] Incubui; tetigique locum, qua parte [50] fuiſti.
[51] Grata prius lacrimas combibit herba meas.
Quin etiam rami poſitis lugere videntur
Frondibus; & nullae dulce [52] queruntur aves.
Sola [53] virum non ulta piè moeſtiſſima mater
Concinit [54] Iſmarium [55] Daulias ales Ityn.
[56] Ales Ityn, Sappho deſertos cantat amores.

[57] Ha-

44 i.e. te Phaonem. 45 pretioſum reddebat. 46 Phaon. 47 depreſſas, ubi iacuimus. 48 ad terram depreſſum. 49 procubui, *ich habe mich da nieder geleget.* 50 ubi iacuiſti. 51 gratum olim nuncque mihi gramen hic imis adſperſi. 52 ſuaviter non amplius canunt. 53 Tereum. 54 Ityn, quem adpoſuit patri epulandum. 55 Philomela, a Daulio oppido. 56 Philomela queritur Ityn.

[57] Hactenus; ut media cetera nocte ſilent.
Eſt nitidus, vitreoque magis perlucidus amni,
Fons ſacer: hunc multi [58] numen habere putant:
Quem ſupra ramos expandit [59] aquatica [60] lotos,
[61] Una nemus: [62] tenero ceſpite terra viret.
Hic ego cum laſſos [63] poſuiſſem fletibus artus,
Conſtitit ante oculos [64] Naïas una meos.
Conſtitit, & dixit, Quoniam non ignibus aequis
Ureris, [65] Ambracias terra petenda tibi.
Phoebus ab [66] excelſo, quantum patet, adſpicit aequor:
Actiacum populi Leucadiumque vocant.

[67] Hinc

---

57 i. e. hi cantus, nempe Philomelae & mei, audiuntur, nulli praeterea. Elegantiſſimum illud *Hactenus* non intellexiſſe videtur Jo. Minellius. exponit enim: *usque ad mediam noctem, donec omnia ſilent,* profecto ſic, ut Naſoni tribuat, quod vix ille potuit cogitare. 58 Deum, genium. 59 aquis gaudens. 60 arbor Africae. Inde Lotophagi dicuntur. Noſter Metam. IX, 341:

Haud procul a ſtagno, Tyrios imitata colores,
In ſpem baccarum florebat aquatica lotos.

61 quae ſola ramis ſuis nemoris inſtar fuit. 62 molli. 63 quum hic procubuiſſem. 64 nympha, ἀπὸ τοῦ νάειν, fluere, indeque fontium & fluviorum nymphae *Naiades* adpellantur. 65 Ambracia Epiri urbs, Nicopolis ab Auguſto vocata. 66 ex ſuo templo, quod eſt in ſinu Ambracio.

[67]Hinc ſe Deucalion, Pyrrhae ſuccenſus amore,
[68] Miſit, & illaeſo corpore [69] preſſit aquas.
Nec mora: [70] verſus Amor tetigit [71] lentiſſima Pyrrhae
Pectora; Deucalion igne [72] levatus erat.
[73] Hanc legem locus ille tenet. pete protinus altam
Leucada: nec ſaxo deſiluiſſe time.
Ut monuit [74]; cum voce [75] abiit. ego [76] frigida ſurgo:
Nec gravidae lacrimas continuere genae.
Ibimus, ô Nymphae, monſtrataque ſaxa petemus.
[78] Sit procul inſano victus amore timor.
[79] Quicquid erit, melius quam nunc erit. aura, [80] ſubito:
Haec mea non magnum corpora pondus habent.

Tu

67 Ex petra ſeu monte Leucadio. 68 dedit praecipitem. 69 cecidit in aquas. 70 mutatus. 71 tarda ad amorem. 72 nimio amoris igne liberabatur, & quaſi pars quædam eius ardoris transferebatur in Pyrrham. 73 ita comparatus eſt locus ille, ut medeatur amori nimio. 74 poſtquam id me admonuit, mihi dedit hoc conſilii. 75 quamprimum loqui deſineret Nympha, ſimul diſparebat. 76 perterrefacta. 78 vincat timorem me deiiciendi e ſaxo amor inſanus nimiusque. 79 quidquid mihi continget, meliori, quam nunc, ero conditione. 80 aura ſubeas me, quum demittar, & me iuva labentem, quia non ſum gravis,

Tu quoque, mollis Amor, pennas ſuppone cadenti:
Ne ſim Leucadiae mortua [81] crimen aquae.
[82] Inde chelyn Phoebo, communia munera, [83] ponam:
Et ſub [84] ea verſus unus & alter erunt.
Grata lyram poſui tibi, Phoebe, poëtria Sappho:
Convenit illa mihi, convenit illa tibi.
Cur tamen Actiacas miſeram me [85] mittis ad oras,
Cum profugum poſſis ipſe referre [86] pedem?
Tu mihi Leucadia potes eſſe ſalubrior unda:
Et forma & meritis tu mihi Phoebus eris.
An potes, ô ſcopulis, undaque [87] ferocior illa,
Si moriar, [88] titulum mortis habere meae?
At quanto melius jungi mea pectora tecum,
Quam poterant ſaxis praecipitanda dari?

[89] Haec

81 Infamiam contraham Leucadiae aquae. 82 poſtmodum, ſi ſalva fuero. 83 ſuſpendam in eius honorem chelyn, munera utrique, & ipſi & mihi convenientia. 84 lyrae inſcripti erunt ſequentes verſus. 85 adloquitur Phaonem. 86 redire e Sicilia. 87 inmitior. 88 cauſa vocari meae mortis.

[89] Haec ſunt illa, Phaon, quae tu laudare ſolebas;
Viſaque ſunt toties ingenioſa tibi.
Nunc vellem facunda forent. dolor artibus obſtat;
Ingeniumque meis [90] ſubſtitit omne malis.
Non mihi [91] reſpondent veteres in carmina vires.
Plectra [92] dolore tacent: muta dolore lyra eſt.
Lesbides aequoreae, nupturaque, nuptaque proles;
Lesbides, [93] Aeoliâ nomina dicta lyrâ;
Lesbides, infamem quae me feciſtis amatae;
Deſinite ad citharas turba venire meas.
Abſtulit omne Phaon, quod vobis ante placebat.
(Me miſeram! dixi quam modo [94] pene, meus!)
Efficite ut [95] redeat: vates [96] quoque veſtra redibit.
Ingenio vires ille dat, ille rapit.

Ecquid

89 Sc, pectora. 90 non ita amplius eſt felix, ac antea. 91 auxilio ſunt priſtinae vires & facultas poëtica. 92 propter dolorem. 93 Lesbia. Lesbos enim inſula Aeolicarum urbium fere metropolis. 94 quam paene dixi modo: *meus Phaon*. 95 ſc. Phaon. 96 ego.

Ecquid ago precibus? pectuſne [97] agreſte movetur?
An riget? & Zephyri verba caduca ferunt?
Qui [98] mea verba ferunt, vellem tua [99] vela referrent.
Hoc te, ſi ſaperes, lente, decebat [100] opus.
Sive redis, puppique tuæ votiva parantur
[1] Munera; [2] quid laceras pectora noſtra morâ?
Solve ratem. Venus orta mari, mare [3] præſtat amanti.
Aura dabit curſum. tu modo ſolve ratem.
Ipſe gubernabit [4] reſidens in puppe Cupido:
Ipſe dabit [5] tenerâ vela, [6] legetque, manu.
[7] Sive juvat longe fugiſſe [8] Pelaſgida Sappho;
(Non tamen invenies, cur ego digna fugâ [9],)

10 Hoc

97 Inmitis Phaonis animus. 98 i. e. Zephyri, vel venti. 99 Phaonis navem. 100 haec res, reditus, putares redeundum eſſe ad me. 1 Soteria. 2 cur non properas, ſi redire vis? 3 facit, ut mare tuto poſſit navigare amans. 4 ſc. ratem ſeu navem. 5 ſc. aurae, permittet aurae. 6 colliget. 7 hoc *ſive* reſpicit ad praecedens verſu 211: *ſive redis.* 8 Lesbiam, a Pelasgis vagabundis, quae nomina locis quibusdam dedere. 9 ſc. ſim, vel a te iudicer eſſe digna fuga, ſeu, ut me fugias.

[10] Hoc ſaltem miſerae [11] crudelis epiſtola dicat:
[12] Ut mihi Leucadiae [13] fata petantur aquae.

10 Hoc ſaltim tibi miſerae epiſtola mea crudelis dicat ſignificetque, me ad mortem pergere, dum me in aquas Leucad. demiſſura ſum. 11 de morte mea crudeli, quae inſtat, te certiorem reddens. 12 quemadmodum. 13 mors. ut ad mortem properem, quam inventura ſum in aquis Leucadiis. Ceterum fatendum eſt cum Heinſio, extremum diſtichon hoc nonnihil habere tenebrarum. Forſan enim ſic etiam exponi poteſt: *Si non es rediturus, ſaltim epiſtola tua crudelis hoc dicat: &c.* vel; *ſcribas, me adire debere aquas Leucadias, iisque vel amore liberari, vel perire.* Utraque ſententia, ut judico, non prorſus reiicienda eſt, ultima tamen, ad quam etiam Cel. Burmanni contextus videtur propendere, priori forte melior.

EPISTOLA XVI.

PARIS HELENAE.

ARGVMENTVM.

Paris, qui alio nomine Alexander dictus eſt, ob Helenam ſibi a Venere promiſſam, Lacedemona navigans, a Menelao honorificentiſſime ſuſceptus eſt & honoratus. Sed quum per id tempus oportuiſſet Menelaum, omnesque Minois prenepotes ad diuidendas Atrei opes Cre-

Cretam adire, Paridem domi dimittens Helenae mandauit, ut non minorem hoſpitis, quam ſui ipſius, curam gereret. Verum Paris dum datam ſibi opportunitatem uideret, Helenam in amorem ſui, quantum potuit, ſolicitare conatus eſt. Haec autem artificioſa epiſtola detegit, quanto amoris æſtu ardeat, ſe ab omnibus commendando, quibus amatores laudari ſolent. Et quia nouerat, muliebrem ſexum eſſe fragilem, & gloriae & laudis, a forma atque genere cupidiſſimum, omnia adfert Paris, quae ſibi Helenes animum conciliare poſſunt, & quae odium mariti atque contemtum excitent. Fugam itaque ſuadet, quam Troianis uiribus tueri poſſe adſerit.

HAnc tibi [2] Priamides mitto, [3] Ledaea, ſalutem;
Quae tribui ſolâ te mihi dante poteſt.
Eloquar? an [4] flammae non eſt opus indice notae;
Et plus, quam vellem, jam meus [5] exſtat amor?
Ille quidem malim lateat, [6] dum tempora [7] dentur
Laetitiae mixtos non habitura metus,

Sed

2 Priami filius. 3 ô Helena Ledae filia. 4 amoris. an non opus eſt indice notae flammae. 5 notus eſt, adparet. 6 usque dum. 7 veniant.

Sed [8] male diſſimulo. quis enim celaverit [9] ignem,
[10] Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo?
Si tamen exſpectas, [11] vocem quoque rebus ut addam;
[12] Uror. habes animi nuntia verba mei.
Parce, precor, [13] faſſo: nec vultu cetera [14] duro
Perlege, ſed formae [15] conveniente tuae.
[16] Jamdudum gratum eſt, quod epiſtola noſtra [17] recepta
Spem facit, hoc recipi me quoque poſſe modo.
Quae [18] rata ſint, nec te [19] fruſtra promiſerit, opto,
Hoc mihi quae ſuaſit, mater [20] Amoris, iter.
Namque ego [21] divino monitu, ne neſcia [22] pecces,
Advehor; & coepto non leve numen adeſt.

Prae-

8 Difficulter. 9 lucem. 10 quis lumen celet totus ſplendidus lucidusque? i. e. nullus; & ſic amor quoque tegi nequit, ſed adparet ſemper & conſpicuus eſt. 11 ut confitear amorem, qui re ipſa in me eſt. 12 ardeo tui amore. 13 ſc. amorem. 14 inmiti. 15 i. e. placido. 16 admodum. 17 fingit, benigne ab Helena eſſe acceptam epiſtolam hanc, & eleganter in ſuum id uſum transfert. 18 certa ut ſint. 19 Helenam mihi. 20 Venus, Cupidinis mater. 21 juſſu Veneris. 22 erres ex ignorantia.

Praemia magna quidem, ſed non [23] indebita poſco.
Pollicita eſt thalamo te Cytherêa meo.
Hac duce [24] Sigaeo dubias à litore feci
Longa [25] Pherecleâ per freta puppe vias.
Illa dedit faciles auras, ventoſque ſecundos.
In mare nimirum [26] jus habet [27] orta mari.
[28] Perſtet: &, ut pelagi, ſic pectoris adjuvet [29] aeſtum:
[30] Deferat in portus & mea vota ſuos.
[31] Attulimus flammas, non [32] hic invenimus, illas.
Hac mihi tam longae cauſſa fuere viae.
Nam neque triſtis [33] hiems, neque nos huc adpulit [34] error.

[35] Tae-

23 Quae iure poſtulo, quia ſunt promiſſa. 24 Troiano. 25 a Phereclo, qui Paridi naves fabricavit, quibus rapuit Helenam. 26 poteſtatem maris. 27 Venus, ex mari orta. 28 faveat mihi porro Venus. 29 ſecundum praeſtet amorem meum perinde ut navigationem. 30 votis meis concedat proſperum finem, ſeu, concedat mihi quod opto, nempe te Helenam. 31 jam te Troiae amavi. 32 Spartae. 33 tempeſtas, ut ſaepe noſter aliique. *Virgilius:*

Emiſſamque hiemem ſenſit Neptunus.
item:
- - *Dum pelago deſaevit hiems.*

Graeci etiam ſic uſurpant ſuum χειμών. 34 neque neſcii, quo tendamus, huc delati ſumus.

[35] Taenaris eſt claſſi terra petita meae.
Nec me crede fretum merces [36] portante carina
Findere. quas habeo, Dî tueantur, opes.
Nec venio Grajas, veluti ſpectator, ad urbes.
Oppida ſunt regni divitiora mei.
Te peto; quam lecto [37] pepigit Venus [38] aurea noſtro.
Te prius optavi, quam mihi nota fores.
Ante tuos animo vidi, quam [39] lumine, vultus:
Prima fuit vultûs nuntia fama tui.
Nec tamen eſt mirum, ſi, [40] ſicut oporteat, arcu
[41] Miſſilibus telis eminus ictus, amo.
Sic placuit fatis: quae ne [42] convellere tentes,
Accipe cum vera dicta relata fide.
Martis adhuc utero, partu remorante, tenebar:
Jam gravidus juſto [43] pondere venter erat.

44 Illa

35 Laconia intelligitur ac dicitur ita a promontorio *Taenaro*. 36 mercaturam me exercere navigando. 37 promiſit mihi coniugem. 38 pulcra. 39 oculis. 40 ac ſi, tamquam. 41 emiſſis. 42 irrita reddere, contraque ea niti audeas. 43 iam perfectus in utero eram, & poteram naſci.

[44] Illa ſibi ingentem viſa eſt ſub [45] imagine ſomni
Flammiferam pleno [46] reddere ventre facem.
Territa conſurgit; [47] metuendaque noctis opacae
Viſa ſeni Priamo, vatibus [48] ille, refert.
Arſuram Paridis vates canit Ilion igni.
Pectoris, ut nunc eſt, fax [49] fuit illa mei.
Forma vigorque animi, quamvis de plebe videbar [50],
Indicium tectae nobilitatis erant.
Eſt locus in mediae nemoroſis vallibus Idae
Devius, & piceis ilicibusque frequens:
Qui nec ovis placidae, nec amantis ſaxa capellae,
Nec patulo tardae carpitur ore bovis.
Hinc ego [51] Dardaniae muros, excelſaque tecta,
Et freta proſpiciens, arbore [52] nixus eram.

Ecce

44 Mater Hecuba. 45 in ſomnio. 46 ex gravido utero, parere. 47 terribilia. 48 Priamus refert, narrat vatibus. 49 illa fax ſignificabat meum amorem, qualis iam eſt in meo pectore. 50 ſc. eſſe unus. Inter paſtores enim educatus eſt, exponi iuſſus a Priamo poſt vatum interpretationem ſomnii Hecubae. 51 Troiae. 52 pedo, baculo.

Ecce pedum pulſu [53] viſa eſt mihi terra moveri:
Vera loquar, veri vix habitura fidem.
Conſtitit ante oculos, [54] actus velocibus alis,
[55] Atlantis magni Pleïonesque nepos.
Fas [56] vidiſſe fuit, fas ſit mihi viſa referre:
Inque Dei digitis aurea [57] virga fuit.
Tresque ſimul Divae, Venus, & cum Pallade Juno
Graminibus [58] teneros impoſuere pedes.
Obſtupui, gelidusque comas erexerat horror.
Cum mihi, Pone metum, nuntius [59] ales ait.
Arbiter es formae: certamina [60] ſiſte Dearum;
[61] Vincere quae formâ digna ſit una duas.
Neve recuſarem, verbis [62] Jovis imperat; & ſe

Proti-

53 Greſſu, quaſi quis adventaret. 54 delatus ad me. 55 Mercurius, cujus mater erat Maia, Atlantis & Pleiones filia. 56 licuit mihi videre. 57 quae χρυ-σόῤῥαπις Homero. Vid. Metam. 2, 710. & paſſim alios. 58 inceſſerunt una cum Mercurio. 59 Mercurius. Vid. Met. 4, 665. 60 compone. 61 & dic, quae vincat. 62 dicit, Jovem id mandare.

Protinus aetheriâ tollit in aſtra viâ.
Mens mea [63] convaluit, ſubitoque audacia venit:
Nec timui vultu quamque [64] notare meo.
Vincere erant [65] omnes dignae; judexque verebar [66]
Non omnes cauſſam vincere poſſe ſuam.
Sed tamen ex illis jam tunc magis una placebat:
Hanc eſſe ut [67] ſcires, unde [68] movetur amor.
Tantaque vincendi [69] cura eſt; ingentibus [70] ardent
[71] Judicium donis ſollicitare meum.
Regna Jovis conjux, virtutem [72] filia jactat.
Ipſe potens [73] dubito, fortis an, eſſe velim.
[74] Dulce Venus riſit, Nec te, Pari, munera [75] tangant,
[76] Utraque ſuſpenſi plena timoris, ait.

Nos

63 Ad me redii. 64 nudas adſpicere, & examinare pulcritudinem earum. 65 poterat unaquaeque vincere, & aequales erant pulcritudine. 66 dolebam, uni tantum palmam tradendam eſſe. 67 ut facile poſſis ſcire, fuiſſe Venerem. 68 eam, a qua venit amor. 69 omnes volunt vincere. 70 ſtudent. 71 corrumpere me iudicem donis ingentibus. 72 filia Jovis, Pallas fortitudinem bellicam mihi promittit. 73 ſc. regno. 74 ſuaviter, iucunde. 75 regna & fortitudo. 76 quae munera utraque ſunt plena timoris.

Nos dabimus quod ames: & pulchrae filia [77] Ledae
Ibit in amplexus, pulchrior ipſa [78], tuos.
Dixit: & ex [79] aequo donis formaque probatâ,
[80] Victorem coelo rettulit illa pedem.
Interea (credo, [81] verſis ad proſpera fatis)
Regius agnoſcor per [82] rata ſigna [83] puer.
Laeta domus nato [84] per tempora longa recepto.
Addit & ad feſtos hunc quoque Troja diem.
Utque ego te cupio, ſic me cupiere puellae.
Multarum [85] votum ſola tenere potes.
Nec tantum regum natae petiere [86] ducumque:
Sed Nymphis etiam curaque amorque fui.
At mihi cunctarum ſubeunt faſtidia, poſtquam
Conjugii ſpes eſt, [87] Tyndari, facta tui
Te vigilans oculis, animo te nocte videbam;
Lumina cum placido victa ſopore jacent.

Quid

77 Helena Jovis & Ledae filia. 78 quae pulcrior eſt Leda ſua matre. 79 æque, pariter donum, ac formam poſtquam probaſſem. 80 rediit victrix in coelum. 81 mutatis. 82 certa. 83 filius regis. 84 poſt tempora longa. 85 quod multae optarant, i. e. me, id tu ſola potes conſequi. 86 ſc. me. 87 ô Helena, Tyndari filia.

Quid facies praeſens, quae nondum viſa placebas?
[88] Ardebam, quamvis hinc procul ignis [89] erat.
Nec potui debere mihi ſpem [90] longius iſtam,
Caeruleâ peterem quin mea [91] vota viâ.
Troïa caeduntur Phrygiâ pineta ſecuri,
[92] Quaeque erat aequoreis utilis arbor aquis:
Ardua proceris ſpoliantur [93] Gargara [94] ſilvis:
Innumerasque mihi longa [95] dat Ida trabes.
[96] Fundatura citas flectuntur robora naves:
Texitur & coſtis panda carina ſuis.
Addimus antennas, & vela ſequentia [97] malos:
Accipit & pictos puppis adunca [98] Deos.
Qua tamen [99] ipſe vehor, comitata Cupidine parvo,
Sponſor conjugii ſtat [100] Dea picta ſui.

Impo-

88 Amore tui. 89 tu quaſi ignis. 90 te conſequendi ſpem non potui diutius differre. 91 te. quam cupiebam. 92 ſc. caeditur. 93 collis montis Idae. Dicta ſunt Gargara a Jovis & Lariſſae filio, Gargam. 94 arboribus. 95 longe extenſa per Phrygiam. 96 quae fundamentum ſint navium. 97 adnexa, adligata malis. 98 deorum pictas imagines, inſignia navium. 99 ea vero navis, qua. 100 Venus, comitata Cupidine, quae tuum mihi coniugium promiſit.

Impoſita eſt factae poſtquam manus [1] ultima claſſi;
Protinus [2] Aegaeis ire [3] jubebar aquis.
Et pater & genetrix inhibent mea vota rogando;
Propoſitumque piâ voce morantur iter.
Et ſoror [4] effuſis, ut erat, [5] Caſſandra capillis,
Cum vellent noſtrae jam dare vela rates;
Quo ruis? exclamat; referes incendia tecum.
Quanta per [6] has, neſcis, flamma petatur aquas.
Vera [7] fuit vates, [8] dictos invenimus ignes:
Et ferus in molli pectore flagrat amor.
Portubus egredior; ventiſque ferentibus uſus
Adplicor in terras, [9] Oebali Nympha, tuas.
Excipit hoſpitio vir me [10] tuus. hoc quoque factum
Non ſine conſilio numinibusque Deûm.
Ille quidem oſtendit, quidquid Lacedaemone totâ
Oſtendi dignum conſpicuumque fuit.

Sed

1 Poſtquam claſſis perfecta eſt. 2 Aegaeo mari in Graeciam. 3 fatis ſc. 4 confuſis, ſparſis. 5 vates haec erat, 6 a te per has aquas navigante. 7 vera praedixit, verax fuit. 8 praedictos. 9 Helena ſic vocatur ab avo Oebalo, patre Tyndari. 10 Menelaus.

Sed mihi laudatam cupienti cernere formam [11],
[12] Lumina, nil aliud, quo caperentur, erat.
Ut vidi [13], obſtupui; praecordiaque intima ſenſi
Attonitus curis [14] intumuiſſe novis.
[15] His ſimiles vultus, quantum reminiſcor, habebat,
Venit in [16] arbitrium cum Cythereâ meum.
Si tu veniſſes pariter certamen in illud;
In [17] dubium Veneris palma futura fuit.
Magna quidem de te rumor praeconia fecit,
Nullaque de facie neſcia terra tuâ eſt,
Nec tibi par usquam [18] Phrygiâ, nec Solis [19] ab ortu
Inter formoſas altera nomen [20] habet.
Credis & hoc nobis? minor eſt tua gloria [21] vero:
Famaque de formâ pene [22] maligna tua eſt.

Plus

11 i. e. te Helenam, tuamque pulcritudinem. 12 nil aliud erat, quo caperentur oculi & oblectarentur. 13 poſtquam te vidi. 14 hoc intumuiſſe probum eſt, & ſeruauit invito Heinſio Cel. Burmannus. dicit Paris, praecordia intumuiſſe novis curis, hoc eſt, priores curas acceſſione novarum auctas fuiſſe, & ſic praecordia quaſi multitudine earumdem extenſa. 15 tuis. 16 ad me arbitrum. 17 pro, in dubio fuiſſet, ἀρχαΐσμῳ, a quo boni auctores non abhorrent, ut rectiſſime admonuit ſummus Heinſius. 18 in Phrygia, ellipſi Praepoſiti. 19 in oriente toto. 20 parem famam. 21 ſuperas rei veritate tuam de pulcritudine gloriam. 22 pæne parum nimis tibi tribuit laudis.

Plus [23] hic invenio, quam quod promiſerit illa [24].
Et tua materiā [25] gloria victa ſuā eſt.
Ergo [26] arſit merito, qui noverat omnia, Theſeus:
Et viſa es tanto digna rapina viro:
More tuae [27] gentis [28] nitidâ dum nuda palaeſtrâ
Ludis; & es nudis femina mixta viris.

Quod

23 In te. 24 fama. 25 a te, qui es materia tantae laudis. 26 amore ſc. tui. 27 i. e. Laconicae. Egregius locus, at qui non occurrit nobis quum diſſertatiunculam de Muſaeo, Erotopaegnii auctore, conſcriberemus. Is Muſaeus v. 74, 75, ita:

Καὶ Σπάρτης ἐϋτείβην, Λακεδαίμονος ἔδρακον ἄστυ,
Ἧχι μόθον καὶ ἄεθλον ἀκούομεν ἀγλαϊάων.

quos verſus eo modo, recte, ut exiſtimamus, ſumus interpretati: *miſcent hic ſumma imis interpretes*; (intellige Muſaei mei) *Muſaeus vero id ſibi vult, corpora virginum Spartanarum more adoleſcentum publice curſu, lucta, diſcique ac miſſilium iaculationibus fuiſſe exercita, ut auctor eſt Plutarchus in Lycurgo, cui iſte mos debet originem.* Neque, quum poſita ſcriberemus, adlegatorum meminimus in Editione Ovidii Cnippingiana ad locum, cuius cauſſa haec omnia ſcribimus. Repetemus igitur hic pleraque, quia ſunt praeclariſſima. *Propertius III*, 13.

Multa tuae, Sparte, miramur iura paleſtrae.
Sed mage virginei tot bona gymnaſii,
Quod non infames exercet corpore laudes
Inter luctantes nuda puella viros.

Tragic.

Quod rapuit, laudo: miror, quod reddidit [28] umquam.
  Tam bona conſtanter praeda [29] tenenda fuit.
Ante receſſiſſet [30] caput hoc cervice cruenta,
  Quam tu de thalamis abſtraherere meis.
Tene manus umquam noſtrae dimittere vellent?
  Tene meo paterer vivus abire ſinu?
Si reddenda fores, aliquid tamen ante [31] tuliſſem:
  Nec Venus ex [32] toto noſtra fuiſſet iners.
Vel mihi virginitas eſſet libata; vel illud,
  Quod poterat ſalva virginitate [33] rapi.
Da [34] modo te; quae ſit Paridi conſtantia, noſces.
  [35] Flamma rogi flammas [36] finiet una [37] meas?

Prae-

Tragic. Antiqu.
Nihil horum ſimile apud Lacaenas virgines,
Quas magis palaeſtra, Eurota, ſol, poluis, labor,
Militia in ſtudio eſt.

Vid. *Thucid.* lib. I. 28 Caſtori & Polluci. 29 retinenda a Theſeo. 30 *Ich hätte eher den Kopff, oder, mein Leben, verliehren wollen.* 31 abſtuliſſem tibi, nempe virginitatem. 32 plane. 33 id ſunt oſcula, quae eripi puellae etiam ſalva virginitate poſſunt. 34 fac mihi tui copiam. Verbum amatorium, ut pulcre hic obſervavit Heinſius & probavit. 35 mors mea. 36 amorem in te meum. 37 ſola, ſola mors.

Praepoſui regnis [38] ego te;quae maxima quondam
Pollicita eſt nobis nupta ſororque Jovis.
[39] Dumque tuo poſſem circumdare brachia collo,
Contemta eſt [40] virtus, Pallade [41] dante, mihi.
Nec piget; aut umquam ſtulte legiſſe [42] videbor:
Permanet in voto mens mea firma ſuo.
Spem modo ne noſtram fieri patiare caducam:
Te precor, ô tanto digna labore peti.
Non ego conjugium generoſae degener [43] opto:
Nec mea (crede mihi) turpiter [44] uxor eris.
[45] Pliada, ſi quaeras, in noſtra gente, Jovemque
Invenies: medios [46] ut taceamus avos.
[47] Sceptra parens [48] Aſiae, qua nulla beatior ora,
[49] Finibus immenſis vix obeunda tenet.

Innu-

38 Ab Iunone mihi oblatis. 39 dummodo. 40 fortitudo. 41 quam Pallas mihi promiſit. 42 elegiſſe. 43 genere viſi ortus, vel a virtute priorum ſeu maiorum abhorrens. 44 nec tibi turpe erit meam eſſe uxorem. 45 Electram, unam e Pleiadibus, e qua Jupiter Dardanum genuit, a quo nomen habens & originem Troiani. 46 inter Jovem & nos. 47 regna. 48 Priamus. 49 ob fines ampliſſimos.

Innumeras urbes, atque aurea tecta videbis:
  Quaeque ſuos dicas templa decere [50] Deos.
Ilion adſpicies, firmataque turribus altis
  Moenia, Phoebêae ſtructa canore [51] lyrae.
Quid tibi de turba narrem numeroque virorum?
  Vix populum tellus [52] ſuſtinet illa ſuum.
Occurrent denſo tibi [53] Troades agmine matres:
  Nec capient Phrygias atria noſtra nurus.
O quoties dices, Quam pauper Achaïa noſtra eſt!
  Una domus quasvis urbis [54] habebit opes.
Nec mihi fas fuerit Sparten contemnere veſtram.
  In qua tu nata es, terra beata mihi eſt.
[55] Parca ſed eſt Sparte: tu cultu divite digna es.
  Ad talem formam non [56] facit iſte locus.

Hanc

---

50 Digna eſſe ſuis diis. 51 cantu, ſono. Dicuntur enim lapides ad cantum Apollinis ſe ipſi compoſuiſſe & exſiliiſſe in opus moenium Troianor. 52 continet, complectitur terra Phrygia. 53 Troianae mulieres. 54 noſtrae regionis. 55 non ſumtuoſa. *Juſtin.* 3, 2. *Parſimoniam omnibus ſuaſit, (ſc. Lycurgus,) exiſtimans, laborem militiae adſidua frugalitatis conſuetudine faciliorem fore. Auri argentique uſum, velut omnium ſcelerum materiam, ſuſtulit.* 56 non aptus eſt tali formae.

Hanc faciem largis ſine [57] fine [58] paratibus uti,
Deliciiſque decet [59] luxuriare novis.
Cum videas cultum noſtra de gente virorum;
Qualem Dardanidas credis habere [60] nurus?
Da modo te facilem: nec dedignare maritum,
Rure [61] Therapnaeo nata puella, Phrygem.
[62] Phryx erat, & noſtro genitus de ſanguine, qui nunc
Cum Dîs potandas nectare miſcet aquas.
Phryx erat Aurorae conjux [63], tamen abſtulit illum
Extremum noctis quae Dea [64] finit iter.
Phryx etiam Anchiſes: volucrum cui mater [65] Amorum
Gaudet in Idaeis concubuiſſe jugis.
Nec, puto, collatis forma Menelaus & annis,
Judice te, nobis anteferendus erit.
Non dabimus certe ſocerum tibi, clara fugantem

66 Lu-

57 Semper, infinite. 58 ornatibus. 59 adfluere. 60 puellas. 61 a Therapne oppido Laconiae. 62 Ganymedes, Jovis pincerna. 63 Titonus. 64 Aurora. 65 Venus.

[66] Lumina; qui trepidos à dape vertat equos [67].
[68] Nec pater eſt Priamo ſoceri de caede cruentus;
Et qui [69] Myrtoas crimine [70] ſignet aquas.
Nec proavo Stygia noſtro captantur in unda
Poma [71], nec in mediis quaeritur humor aquis.
Quid tamen hoc refert, ſi te tenet ortus ab [72] illis?
[73] Cogitur huic domui Juppiter eſſe ſocer,
Heu facinus! totis indignus noctibus ille
Te tenet; amplexu perfruiturque tuo.
At mihi conſpiceris [74] poſitâ vix denique menſâ.

Multa-

66 Solem. Intelligit fabulam de Atreo, qui Thyeſtae filios coxit eique comedendos poſuit. Ex Atreo vero natus credebatur Menelaus, unde eſt Helenae ſocer; qualem ſe Helenae non daturum eſſe dicit Paris. 67 ſc. ſolis. qui fecit, ut ſol ſe averteret ab iis dapibus, de queis eſt dictum. 68 h. e. neque avus meus, Priami pater, ſuum ſocerum interfecit, quem ad modum avus Menelai Pelops. 69 qui aliquem praecipitet in mare, uti Pelops Myrtilum, Hippodamiae aurigam, quo favente eam vicerat. Myrtoum vero mare ab eo *Myrtilo* eſt adpellatum. 70 nomen det crimine. 71 quem ad modum a Tantalo, proavo Menelai & Patre Pelopis. 72 Menelaus ab iis hominibus trahens originem. 73 invitus eſt ſocer. 74 adpoſita, parata.

Multaque, quae laedant, hoc [75] quoque tempus habet.
Hoſtibus eveniant convivia talia noſtris,
Experior poſito qualia ſaepe mero.
Poenitet hoſpitii, cum, me ſpectante, lacertos
Impoſuit collo [76] ruſticus iſte tuo.
[77] Rumpor, & invideo (quid enim tamen omnia narrem?)
Membra ſuperjecta [78] cum tua veſte fovet.
Oſcula cum verò coram non [79] dura daretis;
Ante oculos poſui pocula ſumta [80] meos.
Lumina demitto [81], cum te tenet arctius ille [82]:
[83] Creſcit & invito lentus in ore cibus.
Saepe dedi gemitus: & te, laſciva, notavi
In [84] gemitu riſum non tenuiſſe meo.

Saepe

75 Quo menſa ponitur. 76 Menelaus, incultis moribus quum te complectitur. 77 dolore, *ich möchte berſten.* 78 id veſticontubernium vocatur apud *Petron.* Noſter *Amor.* I, 48:

Saepe mihi, dominaeque meae properata voluptas
Veſte ſuperiecta dulce peregit opus.

79 mollia, laſciviora. 80 ne ſc. viderem. 81 ſc. in terram. 82 Menelaus. 83 creſcere videtur, quod prae dolore non poſſum comedere. Nos aliter noſtra lingua: *der Biſſen ſtirbet mir im Munde. Juvenalis:*

— — Interque molares
Difficili creſcente cibo.

84 quum gemerem.

Saepe mero volui flammam [85] compeſcere: at illa
Crevit: & ebrietas ignis [86] in igne fuit.
Multaque ne videam, verſa [87] cervice recumbo.
Sed revocas [88] oculos protinus ipſa meos.
Quid faciam dubito, dolor eſt meus illa videre.
Sed dolor á [89] facie major abeſſe tuâ.
Qua [90] licet & poſſum, luctor [91] celare furorem:
Sed tamen adparet [92] diſſimulatus amor.
Nec tibi verba [93] damus: ſentis mea vulnera [94], ſentis.
Atque utinam ſoli ſint ea nota tibi!
Ah quoties, lacrimis venientibus, ora reflexi,
Ne cauſſam fletûs quaereret ille [95] mei!
Ah quoties juvenum narravi potus [96] amores,
Ad vultus referens [97] ſingula verba tuos!
Indiciumque [98] mei ficto ſub nomine feci.
Ille ego, ſi neſcis, verus amator eram.

Quin

85 Amoris mei. 86 auxit ignem amoris. 87 in aliam ſc. partem. 88 facis, ut ſtatim te adſpiciam. 89 te non adſpicere magis dolet. 90 ſc. ratione. 91 nitor, laboro. 92 occultatus. 93 neque decipio te & falſa loquor. 94 amorem. 95 Menelaus. 96 qui biberam, vino incaleſcens. 97 ad te converſus, ut intelligeres, me ea te propter narrare. 98 indicavi tibi meum amorem.

Quin etiam, ut poſſem verbis [99] petulantius uti,
Non ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi.
Prodita [100] ſunt (memini) tunicâ tua pectora laxâ [1],
Atque oculis aditum nuda dedere meis;
Pectora vel puris nivibus, vel lacte, tuamque
Complexo matrem candidiora Jove [2].
Dum ſtupeo viſis [3], (nam pocula forte tenebam)
[4] Tortilis é digitis [5] excidit [6] anſa meis.
Oſcula ſi natae dederas; ego protinus illa
Hermiones tenero laetus ab ore [7] tuli.
Et modo cantabam veteres reſupinus amores [8]:
Et modo per nutum ſigna tegenda dabam.
Et comitum [9] primas Clymenen Aethramque tuarum
Auſus cum blandis nuper [10] adire ſonis.
Quae mihi non aliud, quam [11] formidare [12], locutae,

[13] Oran-

99 Liberius. 100 monſtrata, aperta. 1 laxata, reſoluta. 2 in Cygnum mutato, quum Ledam matrem tuam ſubagitaret. 3 ſc. tuis pectoribus. 4 intorta. 5 e manu. 6 poculum, pars pro toto. 7 ego ſtatim Hermionen oſculabar, & quaſi ex ea oris parte, quam tu eras oſculata, auferebam illi a te data oſcula. 8 veterum geſta amatoria, qualia ſunt Pyrami, Herculis, Theſei, ceterorum. 9 cariſſimas tibi, praecipuas. 10 adloqui. 11 ſe formidare, timere Menelaum. 12 reſpondentes.

[13] Orantis medias deſeruere preces.
Dî facerent, magni pretium certaminis eſſes [14];
Teque ſuo victor poſſet habere toro.
Ut tulit [15] Hippomenes [16] Schoeneïda, [17] praemia curſus,
Venit ut in [18] Phrygios [19] Hippodamia ſinus;
Ut ferus [20] Alcides [21] Acheloïa cornua fregit,
Dum petit amplexus, [22] Deïanira, tuos;
Noſtra per has [23] leges audacia [24] fortior iſſet:
Teque mei ſcires eſſe laboris [25] opus.
Nunc mihi nil ſupereſt, niſi te, formoſa, precari;
Amplectique tuos, ſi patiare, pedes.
O decus, ô [26] praeſens geminorum gloria [27] fratrum;
O Jove digna viro, ni Jove [28] nata fores!

Aut

13 Non exſpectarunt, donec finirem preces meas. 14 ut proponerere magni certaminis pretium. 15 Megarei fil. qui Atalantam curſu ſuperavit adiutus a Venere, quae ipſi tria poma ex Heſperidum hortis dedit, queis Hippomenes proiectis curſum Atalantae inpedivit. Vid. Mythogr. & Noſtrum *Metam. X.* 16 Atalantam, Schoenei filiam. 17 appoſitio. 18 Pelopis Phrygis. 19 Oenomai fil. quam praemium victoriae tulit Pelops quum in Peloponneſum navigaret. 20 Hercules. 21 Acheloi fl. cornua, qui pro Deïanira certavit & victus eſt ab Hercule. 22 Oenei Regis Aetol. filia erat. 23 his conditionibus, ſi tu fuiſſes propoſita victoriae praemium. 24 audax & fortiter certaſſem, ut te conſequutus fuiſſem. 25 partam mihi eſſe laboribus exantlatis. 26 conſpicua. 27 Caſtoris & Pollucis. 28 niſi filia eſſes Jovis.

Aut ego [29] Sigêos repetam te [30] conjuge portus:
Aut ego [31] Taenariâ contegar exul humo.
Non mea ſunt ſummâ leviter [32] deſtricta ſagittâ
Pectora: [33] deſcendit vulnus ad oſſa meum.
Hoc mihi, (nam [34] repeto) fore ut à coeleſte ſagittâ
Figar, erat verax vaticinata ſoror,
Parce datum [35] fatis, Helene, contemnere amorem:
Sic habeas faciles in tua vota Deos.
Multa quidem ſubeunt [36]: ſed coram ut plura loquamur,
Excipe me lecto, nocte ſilente, tuo.
An pudet, & metuis Venerem temerare [37] maritam,
Caſtaque legitimi [38] fallere jura tori?
[39] Ah nimium ſimplex, Helene, ne [40] ruſtica dicam,

Hanc

29 Troianos, Troiam redibo. 30 ita ut tu mea ſis coniux. 31 Laconica terra. 32 vulnerata. 33 penetravit. 34 recordor. 35 ſc. mihi a fatis, cuius fata auctores ſunt. 36 ſc. animum meum. Multa quidem habeo ſcribere, ſed ea coram tecum agam in lecto, quo velim me recipias. 37 amorem coniugi Menelao debitum, ſeu pudiciciam matrimonialem. 38 violare. 39 ſenſus eſt: falleris, Helena, ſi putas fieri poſſe, ut tu tam pulcra non pecces contra caſtitatem, h. e. non debes tibi religioni ducere amori meo te praebere facilem. 40 inculta; *die nicht zu leben weiß, und die Galanterie nicht verſtehet.*

Hanc faciem [41] culpa poſſe carere putas!
Aut faciem mutes, aut ſis non dura, neceſſe eſt.
Lis eſt cum forma magna [42] pudicitiae.
Juppiter his gaudet, gaudet Venus auera [43] furtis.
Haec tibi nempe patrem [44] furta dedere Jovem.
Vix fieri, ſi ſunt vires in [45] ſemine avorum,
Et Jovis & Ledae filia, caſta potes.
Caſta tamen tum ſis, cum te mea Troja tenebit:
[46] Et tua ſim, quaeſo, crimina ſolus ego.
Nunc ea peccemus, quae corrigat hora jugalis:
Si modo promiſit non mihi vana Venus.
Sed tibi & hoc ſuadet [47] rebus, non voce, maritus.
Neve ſui furtis hoſpitis obſtet, abeſt.
Non habuit tempus, quo [48] Creſſia regna videret,
Aptius. ô [49] mira calliditate virum!

Ivit

41 Hanc faciem tuam tanta conſpicuam pulcritudine. 42 *Rara eſt adeo concordia formae atque pudicitiae, ut Juvenalis ait.* 43 furtivo & illicito amore. 44 ex einsmodi furtivo amore Jovis & Ledae tu nata es ipſa. 45 ſi liberi einsdem indolis ſunt, cuius parentes, ut plerumque eſſe omnino ſolent. 46 & mecum ſolo pecces contra caſtitatem. 47 abſentia ſua quaſi iubet te peccare. 48 Cretenſia, quo profectus erat Menelaus. 49 ironice hæc dicit.

Ivit, &, [50] Idaei, mando tibi, dixit iturus,
Curam pro [51] nobis hoſpitis, uxor, agas.
Negligis abſentis (teſtor) mandata mariti:
Cura tibi non eſt hoſpitis ulla tui.
Hunccine tu ſperes hominem ſine [52] pectore [53] dotes
Poſſe ſatis formae, Tyndari, noſſe tuae?
Falleris: ignorat [54]. nec, ſi bona ſumma putaret
Quae [55] tenet, externo [56] crederet illa viro.
[57] Ut te nec mea [58] vox, nec te meus incitet [59] ardor;
Cogimur ipſius [60] commoditate frui.
Aut erimus ſtulti, ſic ut ſuperemus [61] & ipſum,
Si tam ſecurum tempus abibit iners [62].
Pene ſuis ad te manibus deducit amantem.
Utere non vafri ſimplicitate viri.
Sola jaces viduo tam longa nocte cubili:
In viduo jaceo ſolus & ipſe toro.

Te

50 Troiani Paridis. 51 mei loco. 52 hunc ſtultiſſimum Menelaum. 53 excellentiam digne aeſtimare. 54 ſc. formae tuae dotes & non ſatis novit aeſtimare. 55 poſſidet, habet. 56 mihi hoſpiti & peregrino homini committeret. 57 licet. 58 preces. 59 amor meus te invitet, ut viciſſim ames me. 60 commoda occaſione, quam nobis praebet, omnino debemus uti. 61 ſc. ſtultitia. 62 ſi amori furtivo non indulgemus.

Te mihi, meque tibi communia gaudia [63] jungant.
  Candidior [64] medio nox erit illa die.
Tunc ego jurabo quaevis tibi numina; meque
  Adſtringam [65] verbis in ſacra jura tuis.
Tunc ego, ſi non eſt fallax fiducia [66] noſtri,
  Efficiam praeſens [67], ut mea regna petas.
Si pudet, & metuis, ne me videare ſecuta;
  Ipſe reus ſine te criminis hujus [68] agar.
Nam ſequar [69] Aegidae factum, fratrumque [70] tuorum.
  Exemplo tangi [71] non propiore potes.
Te rapuit Theſeus; geminas [72] Leucippidas [73] illi:
  Quartus in exemplis adnumerabor ego.
Troïa claſſis adeſt, armis inſtructa virisque.
  Jam facient celeres remus & aura vias.
Ibis Dardanias ingens regina per urbes:
  Teque novam credet vulgus adeſſe Deam.

Qua-

63 Voluptas communis, concubitus, nos delectet. 64 amabilior, felicior, ſuavior. 65 verbis, queis iuſſeris, iurabo me fore maritum tuum. 66 ſi putas fidem mihi eſſe habendam, ut maxime putare debes. 67 in lecto. *ich will dir den Appetit nach mir und meinem Reiche ſchön beybringen.* 68 transferam omnem culpam in me. 69 Theſei. 70 Caſtoris & Pollucis. 71 permoveri. 72 Leucippi duas filias, Phoeben & Elairam. 73 Caſtor nempe & Pollux.

Quaque feres [74] greſſus: adolebunt [75] cinnama flammae,
Caeſaque ſanguineam victima planget [76] humum,
Dona pater fratresque, & cum genetrice ſorores,
[77] Iliadesque omnes, totaque Troja, dabunt.
Hei mihi! pars à me vix dicitur ulla futuri [78].
Plura feres, quam quae litera noſtra refert.
Nec tu rapta time. ne nos fera bella ſequantur;
[79] Concitet & vires Graecia magna ſuas.
Tot prius [80] abductis, ecquae repetita [81] per arma eſt?
Crede mihi, vanos [82] res habet iſta metus.
Nomine [83] ceperunt Aquilonis Erechtida [84] Thraces:
Et tuta à bello Biſtonis [85] ora fuit.
[86] Phaſida puppe novâ vexit Pagaſaeus [87] Iaſon:
Laeſa nec eſt Colcha Theſſala terra manu.

Te

74 Quacumque parte aut via incedes. 75 cremabunt, i. e. ſacrificabitur tibi ut novae deae. 76 pulſabit caeſa. 77 mulieres Troiae. 78 rerum futurarum. 79 contra me commoveat cogatque. 80 antea. 81 ſc. femina. 82 vane metuis propter te raptam bellum iri commotum. 83 duce Borea. 84 Orithiam Erechthei regis Athenienſis filiam. 85 Thracia. 86 Medeam. 87 a Pagaſa urbe & promontorio Theſſaliae, ubi Argo navis eſt facta.

Te quoque qui rapuit, rapuit [88] Minoïda Theſeus:
Nulla tamen Minos [89] Cretas ad arma vocat.
Terror in his [90] ipſó major ſolet eſſe periclo:
Quaeque timere libet, pertimuiſſe [91] pudet.
Finge tamen, ſi vis, ingens conſurgere [92] bellum.
Et mihi ſunt vires: & mea tela nocent.
Nec minor eſt Aſiae, quam veſtrae copia [93] terrae.
Illa viris dives, dives abundat equis.
Nec plus Atrides animi Menelaus habebit,
Quam Paris; aut armis anteferendus [94] erit.
Pene puer caeſis abducta armenta recepi
Hoſtibus; & cauſſam nominis inde [95] tuli.
Pene puer vario juvenes certamine vici.
In quibus Ilioneus [96], Deïphobusque [97] fuit.

[88] Ariadnen, Minois fil. [89] Cretenſes, a *Cres.* [90] in eiusmodi rebus. [91] poſtmodum pudet timuiſſe ea, quae antea timebantur. [92] commoveri bellum propter te magnum pone, *geſetzt*, &c. [93] multitudo virorum, militum. [94] mihi praeferendus fortitudine bellica. [95] poſita enim Alexander dictus eſt, ἀπὸ τȣ̃ ἀνδρὸς & ἀλέξω, auxilior. [96] Phorbantis fil. [97] Priami & Hecubae fil. fortitudine bellica clarus.

Neve putes, non me niſi cominus eſſe timendum:
Figitur in juſſo [98] noſtra ſagitta loco.
Num potes haec illi primae dare facta juventae [99]?
Inſtruere Atriden num potes arte [100] mea?
Omnia ſi dederis; numquid dabis Hectora fratrem?
Unus is innumeri [1] militis inſtar habet.
Quid valeam, neſcis: & te mea robora [2] fallunt.
Ignoras, cui ſis nupta futura viro.
Aut igitur nullo belli repetêre tumultu:
Aut cedent Marti [3] Dorica caſtra meo.
Nec tamen indigner pro tanta ſumere [4] ferrum
Conjuge. certamen praemia [5] magna movent.
Tu quoque, ſi de te totus contenderit orbis,
Nomen ab aeterna poſteritate feres.
Spe modo non timida, Dîs hinc egreſſa ſecundis,
Exige [6] cum plena munera [7] pacta fide.

EPI-

98 Quem quis mihi demonſtrat, vel quem ipſe adtingere ſagitta volo. 99 ſc. Menelai. 100 ſagittandi & palaeſtrae. 1 innumerorum militum loco eſſe poteſt. 2 neſcis robur & fortitudinem meam. 3 Graeca. 4 arma capere. 5 ſi de te certandum eſt, certabitur propter magnum praemium. 6 poſce. 7 coniugium & regni partem.

EPISTOLA XVII.
HELENA PARIDI.
ARGVMENTVM.

Multi hanc epiſtolam non eſſe Ovidii contendunt, adſerentes, Sabinum *omnes reſponſales litteras continxiſſe. Quod ipſius Ouidii teſtimonio comprobare nituntur, quum in ſecundo Elegiarum ita ad Marcum ſcribat:*

Quam cito de toto rediit meus orbe Sabinus,
Scriptaque diuerſis rettulit ille locis!
Candida Penelope ſignum cognouit Vlixis:
Legit ab Hippolyto ſcripta nouerca ſuo.
Iam pius Aeneas miſerae reſcripſit Eliſae,
Quodque legat Phyllis, ſi modo viuit, habet.
Triſtis ad Hypſipylen ab Iaſone littera uenit:
Dat uotam Phoebo Lesbis amica lyram.

Quod quidem nil ad rem facere uidetur, quum nullam interim de Helena mentionem faciat. Verum ſtatim ſubiungit hos uerſus:

Et Paris eſt illic, & adultera nobile crimen;
Et comes exſtincto Laodamia uiro.

Quibus facile conuincuntur, niſi ad Sabinum referre malint. Sed quum Ouidianis epiſtolis reſponderit, quomodo poſſunt eſſe Sabini? Non enim Paris, nec Laodamia reſpondent, ſed ſcribunt. Nimirum hae quoque Ouidianae ſunt, & eodem paene ſtilo ſcriptae, quo reliquae. Helena autem lecta Paridis epiſtola, quaſi offenſa, primum reſpondens ob-

iurgat. Deinde ut pudorem tutetur, Paridis ſuaſiones infringere conatur, quaedam ſemina ſpargendo, ne omnino illius amorem negligere videatur. Et ſic aperte oſtendit, muliebre ingenium uarium eſſe atque mutabile, iuxta illud Ouidianum in Arte Amandi:

Forſitan & primo ueniet tibi littera triſtis,
Quaeque roget, ne ſe ſollicitare uelis.
Quod rogat illa, timet: quod non rogat, optat ut inſtes.

Poſtremo Paridis uoluntatem impleturae, ut honeſtius, ita tutius uiſum eſt, ſi quid in deſiderio erit, non litteris mandare, ſed ut Clymene & Aethra comites fidiſſimae exponerent: idque quum feciſſent, cum Paride & Helena ad Troiam aduectae ſunt.

NUnc oculos tua cum violarit epiſtola noſtros;
Non reſcribendi gloria [2] viſa levis.
Auſus es, hoſpitii [3] temeratis, advena, ſacris
[4] Legitimam nuptae ſollicitare fidem?
Scilicet idcirco ventoſa per aequora vectum [5]
Excepit portu Taenaris ora ſuo?
Nec tibi, diversa quamvis è gente venires,
Oppoſitas habuit regia noſtra [6] fores;

Eſſet

2 Magnae mihi gloriae futurum putavi tibi reſpondere, qui ſolicitare es auſus pudicitiam meam. 3 violatis, laeſis. 4 coniugalem, fidem Menelao datam. ſc. te. 6 id propter tu hoſpitio a nobis es ſuſceptus.

Eſſet ut officii merces injuria tanti?
 [7] Qui ſic intrabas, hoſpes, an hoſtis eras?
Nec dubito, quin haec, [8] cum ſit tam juſta, vocetur
 Ruſtica, judicio, noſtra querela, tuo.
Ruſtica ſim ſane; [9] dum non oblita pudoris:
 Dumque tenor vitae ſit ſine labe meae.
[10] Si non eſt ficto vultus mihi triſtis in ore;
 Nec ſedeo duris torva ſuperciliis;
Fama tamen [11] clara eſt: & adhuc ſine crimine vixi:
 Et laudem [12] de me nullus adulter habet.
Quo magis admiror, quae ſit fiducia [13] coepto;
 Spemque tori dederit quae tibi cauſſa mei.
An, quia vim nobis [14] Neptunius attulit heros,
 Rapta ſemel, videor bis quoque digna rapi?
[15] Crimen erat noſtrum, ſi [16] delinita fuiſſem,

Cum

7 An tu, qui ſic adveniebas ad nos, ut iniuria adficere nos velles, an hoſpes dicendus eras, an hoſtis. 8 quamvis. 9 dummodo. 10 licet non ſim ſevera, tamen pudica ſum. 11 de me ſatis nota. 12 gloriari non poteſt, ſe amore meo potitum umquam eſſe. 13 incepto tuo audaciſſimo. 14 Theſeus nepos Neptuni, qui Helenam rapuit. 15 vitio mihi potuiſſet verti. 16 capta blandimentis.

Cum ſim rapta, meum [17] quid, niſi nolle, fuit?
Non tamen é facto fructum [18] tulit ille [19] petitum:
Excepto, redii [20] paſſa, timore, nihil.
Oſcula luctanti [21] tantummodo pauca protervus
Abſtulit: ulterius nil habet ille mei [22].
[23] Quae tua nequitia eſt, non his [24] contenta fuiſſet.
Dî melius [25]. ſimilis non fuit ille tui.
Reddidit intactam [26], minuitque modeſtia [27] crimen [28]:
Et juvenem facti poenituiſſe patet.
Théſea poenituit: Paris [29] ut ſuccederet illi;
Ne quando nomen non ſit in ore [30] meum?
Nec tamen iraſcor; (quis enim iraſcatur amanti?)
Si modo, quem [31] praefers, non ſimulatur amor.

Hoc

17 An aliquid praeterea feci, niſi quod rapi nolui raptaque ſum invita? 18 e rapina fructum deſideratum, ſc. concubitum, non tulit. 19 Theſeus. 20 nihil mali ab eo paſſa, ſi timorem excipias, redii. 21 invitae. 22 quod meum fuerit. 23 tu pro neqeitia ſeu laſcivia tua. 24 oſculis non contenta fuiſſet nequitia tua, qua es. 25 ſc. mihi conſuluerunt, *davor hat mich der Himmel behütet.* 26 ſc. me. 27 Theſei. 28 rapinae crimen. 29 ut poſt illum me Paris ſollicitaret. 30 ſc. hominum, ut homines de me habeant ſemper quod loquantur. 31 demonſtras mihi.

Hoc quoque enim dubito, non quo fiducia [32] deſit,
Aut mea ſit facies non bene nota mihi:
Sed quia credulitas damno ſolet eſſe puellis;
Verbaque dicuntur veſtra carere fide.
Et peccant aliae [33]; matronaq; rara pudica eſt.
Quid prohibet raris nomen [34] ineſſe meum?
Nam mea quod viſa eſt tibi mater idonea, cujus
Exemplo flecti me quoque poſſe putes:
Matris in admiſſo [35], falſa [36] ſub imagine luſae,
Error [37] ineſt: pluma tectus adulter [38] erat.
Nil ego, ſi peccem, poſſim neſciſſe, nec ullus
Error, qui facti crimen obumbret [39], erit.
Illa bene erravit, vitiumq; auctore [40] redemit.
Felix in culpa quo [41] Jove dicar ego?
Quod genus & proavos, & regia nomina jactas:
Clara ſatis domus haec [42] nobilitate ſua eſt.
Juppiter [43] ut ſoceri proavus [44] taceatur, & omne
Tantalidae Pelopis Tyndareïque decus;

Dat

---

32 Quaſi non fiducia pulcritudinis meae mihi adſit. 33 ſc. mulieres. non ſunt non adeo pudicae. 34 cur non etiam eſſe debeam inter mulieres pudicas, licet eas rariores? 35 crimine. 36 imagine cygni. 37 illa ignorans peccavit, & ſic eſt excuſanda. 38 Jupiter in cygnum mutatus. 39 celet, excuſet. 40 illam excuſat ſatis auctor criminis Jupiter. 41 quisnam erit in noſtro crimine Jupiter, quo crimen meum excuſetur? 42 ſc. Menelai. 43 licet taceatur. 44 Atrei. nam Jupiter Tantalum, Tantalus Pelopem, Pelops Atreum, hic Agamemnonem & Menelaum genuit.

Dat mihi Leda Jovem, cycno decepta, parentem;
Quae falſam gremio credula fovit avem.
I nunc, & Phrygiae latē primordia gentis,
Cumque ſuo [45] Priamum Laomedonte refer.
Quos ego ſuſpicio. ſed, qui tibi gloria magna eſt
[46] Quintus, is à noſtro nomine primus erit.
Sceptra tuae quamvis rear eſſe potentia Troiae,
Non tamen haec [47] illis eſſe minora puto.
Si iam divitiis locus [48] hic numeroque virorum
[49] Vincitur: at certe barbara terra tua [50] eſt.
Munera tanta quidem promittit epiſtola [51] dives.
Ut poſſint ipſas illa movere Deas.
Sed ſi iam fines vellem transire [52] pudoris;
Tu [53] melior culpae cauſſa futurus eras.
Aut ego perpetuo famam [54] ſine labe tenebo;
Aut ego te potius, quam tua dona, ſequar.
Utque ea non ſperno; ſic acceptiſſima ſemper
Munera ſunt, auctor [55] quae pretioſa [56] facit.
Plus multo [57] eſt, quod amas; quod ſum tibi cauſſa laboris;
Quod per tam longas ſpes tua venit aquas.

Illa

45 Intellige filio. 46 aſt quo tu gloriaris, quintus tibi eſt in ordine, mihi primus, i. e. Jupiter, qui meus eſt pater, & ſic mihi primus a nomine meo. 47 imperium Menelai & Graeciae. 48 Graecia. 49 non ita abundat divitiis hominibusque. 50 Troiana. 51 divitias pollicita. 52 ſi pudorem vellem laedere. 53 tu potius, quem dona & munera omnia in ſententiam me tuam pertraheres. 54 famam pudicitiae. 55 dans ea. 56 dignitatem addit & pretium. 57 pluris aeſtimo, quod me amas, ſeu amorem erga me tuum, quem prae te fers.

Illa quoque, adpoſita quae nunc facis, improbe, menſa,
(Quamvis experiar[58] diſſimulare) noto[59].
Cum modo me ſpectas oculis, laſcive, protervis;
Quos vix inſtantes[60] lumina noſtra ferunt:
Et modo ſuſpiras: modo pocula proxima nobis
Sumis; quaque bibi, tu quoque parte bibis.
Ah quoties digitis, quoties ego tecta notavi
Signa[61] ſupercilio pene loquente dari!
Et ſaepe extimui, ne vir meus illa[62] videret:
Non ſatis occultis erubuique notis.
Saepe vel exiguo, vel nullo murmure dixi,
Nil pudet[63] hunc. nec vox haec mea falſa fuit.
[64] Orbe quoque in menſae legi ſub nomine noſtro[65]:
Quod deducta[66] mero litera fecit, AMO.
Credere me tamen hoc oculo renuente[67] negavi.
Hei mihi! jam didici ſic[68] quoque poſſe loqui.
His ego blanditiis, ſi peccatura fuiſſem,
Flecterer: his poterant pectora noſtra capi.

Eſt

58 Tentem, coner. 59 video tamen optime & obſervo. 60 ſpectantes me, in me defixos. 61 amoris nempe. 62 ſc. ſigna. 63 hic Paris eſt paullo inpudentior, *er hält ſich nichts vor übel.* 64 in rotunda menſa, 65 meo, Helenae ſcriptum legi. 66 ſcripta vino. 67 nutu tibi reſpondente negavi, me credere, quod me ames. 68 nutu oculorum etiam declarare ea, quae verbis ſolemus, didici;

Eſt quoque (confiteor) facies tibi rata [69]: poteſtq;
[70] Velle ſub amplexus ire puella tuos.
Altera [71] vel potius felix ſine crimine fiat [72],
Quam cadat [73] externo noſter amore pudor.
Diſce meo exemplo [74], formoſis poſſe carere.
Eſt virtus placitis [75] abſtinuiſſe bonis.
Quam multos credas juvenes optare, quod optas,
[76] Qui ſapiant? oculos an Paris unus [77] habes?
Non tu plus cernis. ſed plus [78] temerarius audes.
Nec tibi plus [79] cordis, ſed magis [80] oris, ineſt.
Tunc ego te vellem celeri veniſſe carina,
Cum mea virginitas mille petita procis.
Si te vidiſſem, primus [81] de mille fuiſſes.
Judicio veniam vir dabit ipſe meo.
Ad poſſeſſa venis praeceptaq; [82] gaudia ſerus [83].
Spes tua lenta [84] fuit: quod petis, alter [85] habet.

86 Ut

69 Rara pulcritudine conſpicua. 70 poteſt velle ut amplectaris. *es kan einem Frauenzimmer ſchon der Appetit nach dir ankommen.* 71 ſc. puella. 72 te amet eoque amore fiat felix ſine crimine. 73 laedatur. 74 quae non habeo pulcrum maritum, at eo tamen ſum contenta. 75 quae placent. 76 qui de forma mea optime poſſunt iudicare. 77 ſolus. i. e. nequaquam tu ſolus intelligis me pulcram eſſe. 78 ſc. quam ceteri. 79 intellectus. 80 plus. quippe qui adeo audes verbis me ſolicitare ad amorem tuum. 81 praecipuus mihi fuiſſes omnium. 82 praerepta iam & occupata ab alio. 83 nimis ſero. 84 pigra, tarda nimium. 85 Menelaus.

[86] Ut tamen optarem fieri tibi Troïa conjux,
Invitam ſic me nec Menelaus habet.
Deſine molle [87], precor, verbis convellere [88] pectus:
Neve mihi, quam te dicis amare, noce.
Sed ſine [89], quam tribuit ſortem Fortuna, tueri [90]:
[91] Nec ſpolium noſtri turpe pudoris habe.
At Venus hoc pacta [92] eſt: & in altæ vallibus Idæ
Tres tibi ſe nudas exhibuere Deae.
Unaque cum regnum, belli daret altera laudem;
[93] Tyndaridos conjux, tertia [94] dixit, eris.
Credere vix equidem cœleſtia corpora [95] poſſum
Arbitrio formam ſuppoſuiſſe [96] tuo.
[97] Utque ſit hoc verum; certe pars altera [98] ficta eſt,
Judicii pretium qua data dicor ego.
Non eſt tanta mihi fiducia corporis [99], ut me
[100] Maxima, teſte Deâ, dona fuiſſe putem.

Con-

86 Non tam invita ſum conjux Menelai, ut optem tua eſſe. 87 mutabile, flexibile. 88 ſollicitare, commovere & ad amorem tuum adducere velle. 89 patere, concede. 90 ſervare. 91 & noli mihi eripere pudorem & bonam famam, quod erit turpe ſpolium. 92 at dicis, Venerem tibi me promiſiſſe uxorem. 93 Helenae. 94 Venus. 95 Deas. 96 commiſiſſe. 97 quamvis etiam. 98 quod Venus tibi me conjugem promiſerit. 99 pulcritudinis meae. 100 ut credam, Venerem me habuiſſe pro maximo pretio, quod tribueret tibi pro arbitrio tuo.

Contenta eſt oculis hominum mea forma probari:
Laudatrix Venus eſt invidioſa [1] mihi.
Sed nihil infirmo [2]: faveo [3] quoq; laudibus iſtis.
Nam mea vox quare, quod cupit [4], eſſe neget?
Nec tu ſuccenſe, nimium mihi creditus [5] ægre.
[6] Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides.
Prima [7] mea eſt igitur Veneri placuiſſe voluptas:
Proxima, [8] me viſam praemia ſumma tibi:
Nec te Palladios, nec te Junonis honores
Auditis Helenae praepoſuiſſe bonis.
Ergo ego ſum virtus [9]? ego ſum tibi nobile regnum?
Ferrea ſim, ſi non hoc [10] ego pectus amem.
Ferrea, crede mihi, non ſum: ſed amare repugno
Illum, quem fieri vix puto poſſe meum.
Quid bibulum [11] curvo proſcindere litus aratro [12],
Spemque ſequi coner, quam locus [13] ipſe neget?
Sum rudis ad Veneris furtum [14]: nullaque fidelem
(Dî mihi ſint teſtes) luſimus [15] arte virum.

Nunc

1 Fraudulenta. 2 vitupero. 3 delector, adſentio. 4 ſc. me eſſe pulcram. 5 quod difficulter a te dicta credidi. 6 ſerius & difficilius magna creduntur. 7 praecipua. 8 te putaſſe, me e ceteris praemiis a deabus oblatis debere eligi. 9 fortitudo. 10 te id propter, quod tam honorifice de me ſenſiſti. 11 aquam in ſe ſorbens, aridum. 12 i. e. fruſtraneum ſuſcipere laborem. 13 ſterile ſolum. 14 ad amorem furtivum. 15 decepimus variis ſtrophis.

Nunc quoque, quod tacito [16] mando mea verba libello,
Fungitur officio litera noſtra novo [17].
Felices, quibus uſus [18] adeſt! ego, neſcia rerum,
Difficilem culpae [19] ſuſpicor eſſe viam.
Ipſe malo [20] metus eſt. jam nunc confundor, & omnes
In noſtris [21] oculos vultibus eſſe reor.
Nec reor hoc falsò. ſenſi mala murmura vulgi:
Et quasdam voces rettulit Aethra [22] mihi.
At tu diſſimula [23]: niſi ſi deſiſtere [24] mavis.
[25] Sed cur deſiſtas? diſſimulare potes.
Lude, ſed occulte, major, non maxima nobis
Eſt data libertas, quod Menelaus abeſt.
Ille quidem procul eſt, ita re [26] cogente, profectus.
Magna fuit ſubitae juſtaque cauſſa viae;
Aut mihi ſic viſum eſt [27]. ego, cum dubitaret, an iret,
Quamprimum, dixi, fac rediturus [28] eas.
Omine [29] laetatus dedit oſcula: Resque [30], domusque,

Et

16 Occulto. 17 inuſitato mihi. 18 exercitium & experientia amoris. 19 puto difficulter poſſe fieri, ut te amem. 20 mihi moleſtus eſt ipſe metus, meque adfligit. 21 puto, iam omnes me ſpectare ut adulteram. 22 comes mea. 23 occulta amorem tuum. 24 ſc. ab amore. 25 non eſt quod deſiſtas ab amore, quia eum potes diſſimulare. 26 poſtulante neceſſitate. 27 ſc. ut iret. 28 proficiſcere, ſed quamprimum redi. 29 pro bono omine habuit, quod eum ire iubebam. 30 bona noſtra.

Et tibi ſit curae Troïus [31] hoſpes, ait.
Vix tenui riſum, quem dum compeſcere luctor,
Nil illi potui dicere, praeter, Erit [32].
[33] Vela quidem Creten ventis dedit ille ſecundis.
[34] Sed tu non ideo cuncta licere puta.
Sic meus hinc vir abeſt, ut me cuſtodiat abſens.
An neſcis longas Regibus eſſe manus [35]?
Fama quoq; eſt oneri [36]. nam quo conſtantius ore
Laudamur veſtro [37], juſtius ille timet.
[38] Quae juvat, ut nunc eſt, eadem mihi gloria damno [39] eſt:
[40] Et melius famae verba [41] dediſſe foret.
Nec, quod abeſt [42], hic me tecum mirare relictam:
Moribus & vitae credidit ille meae.
De [43] facie metuit, vitae confidit: & illum
Securum probitas, forma timere facit.

Tem-

31 Paris. 32 ſc. curae mihi res, domus & hoſpes Troicus. 33 Creten pervenit ſalvus. 34 ſic conſtrue: ſed tu puta, non licere cuncta ideo; neque enim illud non iungitur cum imperativi ſecunda perſona. 35 poteſtatem, etiam in diſſita longe loca ſe extendentem. 36 cogit me pudice vivere fama de pulcritudine mea. 37 quo magis & conſtantius viri omnes me meamque laudatis pulcritudinem, hoc iuſtius Menelaus timet. 38 gloria, qua fruor nunc. Elegantiſſima noſtreque admodum formula: *ut nunc eſt*. 39 prohibet, ne facere poſſim, quod petis. 40 utilius mihi eſſet decipere famam, & fidem Menelao non ſervare. 41 decipere famam. 42 ſc. Menelaus. 43 propter pulcritudinem meam eſt ſolicitus.

Tempora ne pereant [44] ultro data praecipis; utque
Simplicis utamur commoditate viri.
Et libet [45], & timeo; nec adhuc exacta [46] voluntas
Eſt ſatis; in dubio pectora noſtra labant.
Et vir abeſt nobis; & tu ſine conjuge dormis;
Inque vicem tua me, te mea forma, capit:
Et longae [47] noctes: & jam ſermone coïmus [48]:
Et tu (me miſeram!) blandus: & una domus [49].
Et peream, ſi non invitant [50] omnia culpam.
[51] Neſcio quo tardor, ſed tamen ipſa, metu.
Quam male [52] perſuades, utinam bene cogere poſſis!
Vi mea ruſticitas excutienda [53] fuit.
Utilis interdum eſt ipſis injuria paſſis [54].
Sic certe felix eſſe coacta velim.
Dum novus eſt, potius coepto pugnemus [55] amori:
Flamma recens parva ſparſa [56] reſedit aqua.

Cer-

44 Vis, ut tempore utamur amorique indulgeamus dum licet. 45 cupio uti commoditate data, ſed timeo tamen. 46 nec ſatis conſtitui aut ſcio certo quid velim. 47 ſc. ſunt. 48 coniuncti ſumus. 49 una domus eſt, in qua ſumus, non disiuncti, ſed una, vivimus. 50 omnia ſuadent, ut faciam quod petis. 51 ſed tamen ipſa aliquo metu inpedior. Structura verborum ſic habet: ſed tamen ipſa tardor metu, neſcio quo, i. e. aliquo metu. 52 aegre. 53 removenda eſt. 54 ſc. eam iniuriam. 55 reſiſtamus. 56 conſperſa exſtincta eſt ſaepe, ſeu ſolet exſtingui.

Certus in hoſpitibus non eſt amor. errat [57], ut ipſi [58] :
  Cumque nihil ſperes firmius [59] eſſe, fuit [60].
[61] Hypſipyle teſtis, teſtis Minoïa [62] virgo eſt ;
  In non exhibitis [63] utraque luſa toris.
Tu quoque, dilectam multos, infide, per annos,
  Diceris Oenonen deſtituiſſe tuam.
Nec tamen ipſe negas ; & nobis omnia de te
  Quaerere, ſi neſcis, maxima cura fuit.
Adde quod, ut [64] cupias conſtans. in amore manere.
  Non potes. expediunt [65] jam tua vela Phryges.
Dum loqueris mecum, dum nox ſperata paratur,
  Qui ferat [66] in patriam, jam tibi ventus erit.
Curſibus in mediis novitatis [67] plena relinques
  Gaudia : cum ventis noſter abibit [68] amor.
An ſequar [69], ut ſuades ; laudataque Pergama viſam ;
  Pronurus & magni Laomedontis ero ?
Non ita contemno volucris præconia [70] Famæ,
  Ut probris terras impleat illa meis.

71 Quid

57 Vagus eſt & inconſtans. 58 ſc. hoſpites. 59 ſc. amore peregrinorum. 60 deſiit, evanuit. 61 ab Iaſone relicta. 62 Ariadne, Minois filia, a Theſeo relicta. 63 non conceſſis, non ſtabili conjugio ſeu nullo potius, utraque deluſa. 64 licet. 65 parant ad abitum. 66 ſc. te cum tuis. 67 vix incoata & adhuc nova. 68 deſinet, quamprimum abieris, etiam noſter amor evaneſcet. 69 ſc. te. 70 laudem.

[71] Quid de me Sparte poterit, quid Achaïa tota,
Quid gentes Aſiae, quid tua Troja loqui?
Quid Priamus de me, Priami quid ſentiet uxor [72];
Totque tui fratres, Dardanidesque nurus?
Tu quoque, qui [73] poteris tibi me ſperare fidelem [74],
Et non exemplis [75] anxius eſſe tuis?
Quicumque Iliacos intraverit advena portus,
Is tibi ſolliciti cauſſa timoris erit.
[76] Ipſe mihi quoties iratus, Adultera, dices!
Oblitus noſtro [77] crimen ineſſe tuum.
Delicti fies idem reprehenſor & auctor.
Terra, precor, vultus obruat ante [78] meos.
At fruar Iliacis opibus, cultuque beato:
Donaque promiſſis uberiora feram.
Purpura nempe mihi, pretioſaq; texta dabuntur:
[79] Congeſtoque auri pondere dives ero.
Da veniam faſſæ; non ſunt tua munera tanti [80].
Neſcio quo tellus me tenet iſta [81] modo.
Quis mihi, ſi lædar, [82] Phrygiis ſuccurrat in oris?
Unde petam fratres, unde parentis opem?

Omnia

---

71 Omnes ubique me dicent adulteram. 72 Hecuba. 73 quo pacto. 74 ſc. futuram eſſe. 75 exemplo tuo. timebis, ne aliquis tibi me auferat, quemadmodum tu me auferre vis Menelao. 76 quoties ira abreptus me vocabis adulteram. 77 non cogitans, te eiusdem eſſe criminis reum. 78 quam hoc fiat. 79 maxima auri copia. 80 ut propterea te ſequi debeam. 81 patria me delectat magnopere. 82 Troiae.

Omnia Medeae fallax promiſit Iäſon:
[83] Pulſa eſt Aeſoniâ num minus illa domo?
Non erat Aeëtes [84], ad quem deſpecta rediret:
Non Ipsêa [85] parens, Chalciopeque ſoror.
Tale nihil timeo; ſed nec Medea timebat.
Fallitur augurio [86] ſpes bona ſaepe ſuo.
Omnibus invenies, quae nunc jactantur [87] in alto,
Navibus à portu [88] lene fuiſſe fretum.
Fax quoque me terret, quam ſe peperiſſe cruentam
Ante diem partûs eſt tua viſa parens.
Et vatum timeo monitus: quos igne Pelasgo
Ilion arſuram praemonuiſſe ferunt.
Utq; favet Cytherêa [89] tibi, quia vicit, habetq;
Parta per arbitrium bina [90] tropaea tuum;
Sic illas [91] vereor; quae, ſi tua gloria vera eſt,
Judice te cauſſam non tenuere [92] duae.
Nec dubito, quin, te ſi proſequar, arma parentur.
[93] Ibit per gladios (hei mihi!) noſter amor.
An fera Centauris indicere bella coëgit
[94] Atracis Haemonios [95] Hippodamia viros?

Tu

83 Num ideo non eſt pulſa. 84 eius pater. 85 mater ipſius Ipſea. 86 eo, quod ſibi promittit. 87 agitantur in mari profundo. 88 ſc. euntibus. 89 Venus. 90 de Pallade ſcil. & Junone. 91 Palladem & Junonem timeo, ne ſc. te & iniuriam a te ſibi inlatam ulciſcantur. 92 obtinuerunt. 93 bellum propter noſtrum amorem commovebitur. 94 Theſſalica, ab Atrace, urbe Theſſaliae. 95 Lapithas, populos Theſſalos.

Tu fore tam juſta lentum [96] Menelaon in ira,
Et [97] geminos fratres, Tyndareumq; putas?
Quod bene [98] te jactas, & fortia facta recenſes,
A verbis facies [99] diſſidet iſta ſuis.
Apta magis Veneri, quam ſint tua corpora Marti.
Bella gerant fortes, tu, Pari, ſemper ama.
Hectora, quem laudas, pro te pugnare jubeto;
Militia eſt operis [100] altera digna tuis.
[1] His ego, ſi [2] ſaperem, paulloque audacior eſſem,
Uterer. utetur, ſi qua puella ſapit.
Aut ego, depoſito, faciam [3] fortaſſe, pudore;
Et dabo conjunctas [4] tempore victa manus.
Quod petis, ut furtim præſentes plura loquamur;
Scimus quid [5] captes, colloquiumque voces.
Sed nimium properas; & adhuc tua meſſis [6] in herbâ eſt.
Haec mora ſit [7] voto forſan amica tuo.

8 Ha-

96 Negligentem mei. 97 Caſtora & Pollucem. 98 admodum gloriaris. 99 non convenit cum verbis tuis facies tua, amori potius, quam rebus bellicis apta. 100 ſtudio & labore alia militia, in caſtris nempe Cupidinis gerenda, digna eſt. 1 operis nempe tuis. 2 niſi rudior eſſem ad res eiusmodi. 3 faciam quod vis, & utar operis tuis ac amore tuo perfruar. 4 victas & quaſi ligandas, ut captivarum ſolent. 5 ſcio, quid deſideres, & quid nomines colloquium, hoc eſt, vis mecum concumbere. 6 nondum res eo deducta eſt, *es iſt noch nicht in dem Topffe, da es kochen ſoll.* 7 erit.

[8] Hactenus. arcanum furtivae conſcia mentis
Litera, jam laſſo pollice, ſiſtat [9] opus.
Cetera per ſocias Clymenen Aethramque loquamur.
Quae mihi ſunt comites conſiliumque [10] duæ.

8 Sed haec hactenus, ſc. dicta ſunto. 9 finiat. 10 participes conſiliorum & arcanorum meorum.

EPISTOLA XVIII.

LEANDER HERONI.

ARGUMENTUM.

Conſtantem Leander ſuum amorem eſſe ſignificat, queriturque, non potuiſſe ob tempeſtatem ad Hero natare; brevi tamen vel cum periculo ſuo, ſe eſſe adventurum, pollicetur.

Mittit Abydenus, quam mallet [2] ferre, ſalutem,

Si

2 *Malit* N. Heinſius, ut reſpondeat τῷ *cadat*, inſequenti; cujus rei tamen non ita curioſi ſunt poëtae. *Kromayer*. Heinſius pro *mallet* vult malit. male. nam dicimus *vellem*, *ich möchte wünſchen*. *Curtius* III, 12, 26. Sic pro illo Plauti Moſtell. III, 27, 53. velim, ut velles. *Seneca*, epiſt. 67. habet vellem, quae velles. *Heumannus*.

Si cadat ira 3 maris, Seſta 4 puella, tibi.

5 Si

3 Ita recte Tibullo ſuo reſtituit Brouckhuſius I. II. 4, 10.

Naufraga quam (cautem) vaſti tunderet ira maris. vulgo: *unda* maris, at non ita poëtice, monente ſummo viro in notula. *Krom.* Alii legunt *unda*, alii *ira.* probo prius. nam non eſt auribus Latinis gratum: *ira cadit.* Sed probum eſt *unda cadit*, i. e. fluctus componuntur, & maris aeſtus ſedatur. vid. v. 25. *mare fervet aquis.* Sic Triſt. I, 2, 73: *ut mare conſidat. Heum.* At monſtravimus in diſſertatiuncula de Muſaeo contra Ceſ. nobisque amiciſſimum Heumannum, probae Latinitatis Latinisque auribus gratiſſimum debere eſſe τὸ *ira cadit*, quo te, lector, ſi ſic videatur, ablegamus. Ceterum, ut vides, exhibemus hic elegantiſſimas doctiſſimi Heumanni notas ad Epiſtolas Leandri & Herus, quas olim, qua eſt humanitate plane liberaliſſima, nobiscum communicavit, noſtrisque adnotatiunculis ita inluſtramus dictas Naſonis epiſtolas, ut edituri ſumus eas una cum Muſaeo. quae interpretationis ratio licet paullulum abire videatur ab ea, qua ſuperiores epiſtolas explicamus, dabitur tamen opera, ut Naſonis verba etiam a Latine non ſatis doctis intelligantur. *Krom.* 4 Heinſius mavult *Seſti*, ut in epiſtola Sapphus, v. 100: *Lesbi puella.* Sic Horatio Epod. XVI, 58. Medea dicitur *Colchis*, item Ovidio, Triſt. III, 9, 15. malo tamen *Seſta*, quod reperitur eleg. ſeq. v. 100. *Heum.* Nic. Heinſius mavult *Seſti*, ſed nulla auctoritate Codd. MSS. fultus; itaque nihil videtur mutandum. Illud non negligendum eſt, quod idem vir ſummus obſervat, in Puteano codice recentiore manu duos hos verſus lectos fuiſſe, pro quibus Douſae excerpta hos praeferant:

Quam cuperem ſolitas, Hero, tibi ferre per undas,
Accipe Leandri, dum venit ipſe, manum.

Reti-

[5] Si mihi Dî [6] faciles, & ſunt in amore ſecundi;
Invitis oculis haec mea verba leges [7].
Sed non ſunt faciles, nam cur mea vota [8] morentur,
[9] Currere me nota nec [10] patiantur aqua?
Ipſa vides cœlum pice nigrius; & freta ventis
Turbida, perque cavas vix [11] obeunda rates.
Unus, & hic audax, a quo tibi litera noſtra
Redditur, [12] è portu navita movit iter.
Adſcenſurus eram [13]: niſi quod, cum [14] vincula prorae

Sol-

Retinendum nihilo ſecius vulgatum diſtichon, ut convenientius reſponſioni Herus:

Quam mihi miſiſti - - - ſalutem.

Krom. 5 lectio, quam laudatiſſimus Heinſius adprobat, ingenioſa magis videtur, quam vera. Scribi enim ſic optime putat poſſe:

Sic mihi di faciles, ſic ſint in amore ſecundi,
Invitis oculis ut mea verba leges.

Krom. 6 Maris & coeli, ut Triſt. I, 2. ait. *Krom.* 7 quia ipſius potius mei es cupida. 8 inpedimento mihi ſint, quo minus conſequar quod opto. *Krom.* Servo *morantur* & *patiantur*, contra Heinſium. *Heum.* 9 natare. 10 ita reſcripſi inducto *non*, quod habet ſecunda Bersmanni editio. 11 quae vix poſſint navigari. Vulgo legitur *adeunda*. nos Heinſium & Burmannum ſequimur, licet nec vulgatum nullo ſenſu ſit. *Krom.* Nil muto contra Heinſium. *Heum.* 12 Servo *e portu navita movit iter.* *Heum.* 13 ſc. navem cum iſthoc nauta. 14 alii *quum*, alii *dum*, probo poſterius. *Heum.*

Solveret, in ſpeculis [15] omnis Abydos [16] erat.
Non poteram celare [17] meos, velut ante, parentes:
Quemque tegi volumus, non latuiſſet, amor.
Protinus haec ſcribens, Felix, i, litera, dixi:
Jam tibi formoſam porriget illa [18] manum.
Forſitan admotis dominae tangêre labellis;
Rumpere dum niveo vincula dente [19] volet.
Talibus exiguo dictis mihi murmure verbis,
Cetera cum charta [20] dextra locuta mea eſt.
[21] At quanto mallem, quam ſcriberet, illa [22] nataret,
Meque per adſuetas ſedula ferret aquas!
Aptior illa quidem placido dare [23] verbera ponto.

Eſt

15 In loco, unde ſpectabant diſceſſum navium. *Ita domus ſuas Tyrii in faſtigium peraltum extollebant, unde iucundus eſſet proſpectus in pelagus ſubiectum:* verba legis Broukhuſii mei ad Tibulli illud 1, 8, 19:

Utque maris vaſtum proſpectet turribus aequor.
Prima ratem ventis credere docta Tyros.

tu vide reliqua ſummi viri, ſi Camenas quidem amas. *Krom.* i. e. in turribus, quas petebant mare proſpecturi. *Heum.* 16 omnes Abydi incolae. 17 ſc. amorem meum. 18 Hero. 19 De hoc more ſolvendae epiſtolae adi Cel. *Schwarzium* diſſ. de libris plicatil. veterum § 6. 20 cetera chartae dextra commiſit. 21 ita e prima editione & ſeptem ſcriptis codd. adfert Heinſius, quem Cel. Burmannus & nos recte ſequimur. *Krom.* Servo ab. *Heum.* 22 ſc. dextra. 23 ad natandum, quam ad ſcribendum aptior eſt.

Eſt tamen & ſenſûs [24] apta miniſtra mei.
Septima nox agitur, ſpatium [25] mihi longius anno,
[26] Sollicitum raucis ut [27] mare fervet aquis.
[28] His ego ſi vidi mulcentem pectora ſomnum
Noctibus; inſani ſit mora [29] longa freti.
Rupe ſedens aliqua, ſpecto tua [30] litora triſtis:
Et quo non poſſum corpore, mente [31] feror.

[32] Lu-

24 Sic Ovidius III, Triſt. 7, 2. ſcribit:

Littera ſermonis fida miniſtra mei.

Heum. 25 Deſiderantibus tempus videtur fluere tardiſſime. Vid. Ovid. Triſt. III, 3, 11. IV, 3, 25. V, 10, 5. Heroid. XI, 29. *Heum.* 26 commotum, quod proprie τὸ ſollicitum notat. 27 ſimiles locos adfert Heinſius e noſtro & Auſonio. Notandum vero, τὸ *Ut* hac temporis natione Indicativo cohaerere, quem ad modum paullo aliter apud Nepotem, Attico, c. 10. Terent. Phorm. 2. 4. ſc. 3. 12. ipſum Ciceronem ad Attic. l. 7, ep. 15. quibus locis *Ut poſtquam* interpreteris. *Krom.* Lego cum melioribus libris *Ut*, propter duo loca parallela, ab Heinſio citata ex Auſonio & Ovid. Triſt. V, 10, 1. *Heum.* 28 Jurantis formula. Terent. Heautontimor. III, 1. *Somnum Hercle, ego hac nocte oculis non vidi meis.* 29 tempeſtas diutius me moretur. 30 Salti. 31 Vid. dicenda ad Muſaeum. v. 72.

[32] Lumina quin etiam ſumma vigilantia turre,
Aut videt, aut [33] acies noſtra videre putat.
[34] Ter mihi depoſita eſt in ſicca veſtis arena.
Ter grave tentavi carpere nudus iter.
Obſtitit inceptis tumidum juvenilibus aequor:
Merſit & adverſis ora natantis aquis.
[35] At tu de rapidis, immanſuetiſſime, ventis,
Quid mecum certa [36] proelia mente geris?

In me

---

32 Cnippingius, laudatis Muſaei iſtis: κρυφίων ἐπιμάρτυρα λύχνον ἐρώτων, lege, *inquit*, elegantiſſimum Muſaei hae de re carmen, unde haec pleraque deſumta ſunt: quod doctiſſimo viro haudquaquam nos poſſe credere ingenue profeſſi ſumus in diſſertatiuncula de Muſaeo. 33 oculi mei. βολαὶ ὀφθαλμῶν Muſaeus, alii. 34 celebris iſthic poëtis praecipue numerus, uti alias *terque quaterque*. Ovid. Metam. V. fab. 2.

Ter quater Idmoniae frontem percuſſit Arachnes.

Homerus:

Τρὶς μακάριοι καὶ τετράκις,

quod imitatus eſt Virgil. Æn. 1:

- - - O terque quaterque beati,
Queis ante ora patrum Troiae ſub moenibus altis
Contigit oppetere.

Ovidius I. Metam.

- - - Concuſſit terque quaterque
Caeſariem, cum qua terram, mare, ſidera, movit.

adde, ſi vacat, *Broukhuſium* meum, de numero quaternario eruditiſſime, ut omnia, commentantem ad Tibullum p. 204. 35 ἀποστροφὴ ad Boream. 36 animo deliberato.

M

In me, ſi neſcis, Borea, non [37] aequora, ſaevis.
Quid faceres, eſſet ni tibi notus amor?
Tam gelidus cum [38] ſis, non te tamen, improbe, quondam
[39] Ignibus Actaeis incaluiſſe negas.
[40] Gaudia rapturo, ſi quis tibi claudere vellet
Aërios aditus; quo paterere modo?
Parce, precor; facilemque move moderatius [41] auram.
Imperet [42] Hippotades ſic [43] tibi triſte nihil,

Vana

---

37 *Nec in* Heinſius e quinis ſcriptis codd. Expreſſimus *non* vulgatum, quod & Burmannus ſervat. *Krom.* Servo: *non aequora*, contra Heinſium. *Heum.* 38 Heinſius e Puteano *quod ſis*, quod corruptum e *quum* puto; deinde pro *non*, *num*, ut interrogatio continuetur. *Krom.* Nil mutandum. *Heum.* 39 Orithyiae Athenienſis amore. Vid. Noſter Metam. VI. extremo. conf. ad *Muſaeum* dicenda, v. 322. & Natal. Comit. l. 8. c. 11, p. m. 861. 40 de re venerea uſurpari *gaudia*, ſatis notum. Probamus Rutilii verſibus, quos Heinſius adfert:

Qualis Agenorei rapturus gaudia furti
Per freta virgineam ſollicitavit onus.

quorum alter confirmat noſtrum *rapturo*, pro quo Gronovianus codex *laturo* habet. Livius I, 58. mihi ſibique peſtiferum hinc abſtulit *gaudium*. de Lucretia. 41 Lego cum Heinſio *moderatius*. *Heum.* 42 Aeolus, Hippotae Troiani ex filia Aceſta ſeu Segeſta nepos, ventorum Deus creditus. Vide Palaephatum c. XVIII. & ibi doctiſſimum P. Patrem. Contende Natal. Com. Mythol. l. 8. c. 10. p. m. 855. 43 Voti formula. *Horat.* l. 2. Satyr. 3, v. 300. *Sidon.* Carm. 5. ad Majorianum.

Vana peto, precibusque meis obmurmurat ipſe:
Quasque quatit 44, nulla parte coërcet aquas.
Nunc daret audaces utinam mihi Daedalus 45 alas!
46 Icarium quamvis hic prope litus adeſt.
47 Quidquid erit, patiar: liceat modo corpus in auras
Tollere; quod dubia ſaepe pependit aqua.
48 Interea, dum cuncta negant ventique fretumque,
Mente agito furti 49 tempora prima mei.
Nox erat incipiens (namque eſt meminiſſe voluptas)
Cum foribus patriis egrediebat 50 amans 51.

Nec

---

44 Commoves. 45 Vid. Ovid. Met. VIII, 103. Palaephat. c. XIII. & P. Patris adnotamenta. Nat. Com. Mythol. l. 7. c. 16. p. 272. 46 Quod me admonere poteſt, exemplo Icari, periculoſum eſſe volatum. 47 Voti genus, ſimile illi apud Muſaeum, v. 79.

Ἀυτίκα τεθναίην λεχέων ἐπιβήμενος Ἡρῦς.

48 nil muto. *Heumann.* 49 Vid. Cnippingium hic, & nos ad Muſaeum, v. 1. 50 Vani ſunt, qui de regimine τῦ *Quum* regulas praeſcribunt, quando vel Indicativo, vel Coniunctivo iungi debeat. Varii eius ſunt ſignificatus, plures conſtruendi modi, non tam regulis, quam adtenta auctorum lectione, perdiſcendi. Longum foret omnes hic recenſere. illud non praeterimus, in recentiorum quorumdam ſcriptis, non peſſima Latinitate exaratis, adparere ſe-

Nec mora: depoſito pariter cum veſte timore,
[52] Jactabam liquido brachia lenta [53] mari.
Luna fere [54] tremulum [55] praebebat lumen eunti,
Ut comes in noſtras officioſa vias.
Hanc ego ſuſpiciens, Faveas, Dea [56] candida, dixi;
Et ſubeant animo Latmia [57] ſaxa tuo.

Non

ſaepius conſtructum Indicativo, quam Coniunctivo, notione quidem τȣ̃ *Quia*, quod nollemus fieri, quoniam boni auctores ita equidem loquuntur, verum non tam frequenter, ac modo altero. 51 Parum docte Seruius, cui & aliis locis doctiores fidem non adhibent, ad Æn. 3, 300:

Progredior portu, claſſes & littora linquens,

notandum ſane, *inquit*, finitum eſſe verſum *participio*, quod *raro* apud Latinos eſt, apud Graecos *vitioſiſſimum*; quam ſententiam merititiſſimo reprobat elegantiſſimus Broukhuſius ad Tibullum l. 3. el. 4. p. 322. ubi & teſtimoniis contrarium adſtruit maioribus exceptione omni. 52 natabam. 53 Flexibilia, & ſicut remi ſolent, lentanda & natando ducenda. Broukhuſius, maximus homo, & Joh. plane peritiſſimus, ad Tibullum ſuum I, v, 45: habet vocula *lentus* ſignificationem quamdam ſecuritatis cum contemtu coniunctae. Vide, ſi elegans es, cum pluribus, praecipue tum, quum legis Herus illa, v. 81. adde eum I, 12, 58. & inf. ep. Herus v. 70. 54 vulgo Luna *mihi*. eleganter Put. Cod. *fere*. conf. Heinſius. *Krom*. Servo *mihi*. Lego cum Heinſio: *praebebat lumen. Heum.* 55 quia motu aquae lumen eius tremebat. 56 lego: ô *Cynthia*. hoc nomen lunae poëticum. ſic v. 74. *Heum.* 57 i. e. Latmus, mons Ioniae, Endymionis a Luna, ut ferunt, adamati fabula nobilis. Mela 1, 17, 10. Endymion paſtor fertur perpetuo

dor-

Non ſinat [58] Endymion te pectoris eſſe ſeveri [59].
Flecte, precor, vultus ad mea furta tuos.
Tu, Dea, mortalem [60] coelo delapſa [61] petebas.
Vera loqui liceat; quam ſequor, ipſa Dea eſt.
Neu referam mores [62] coeleſti pectore dignos;
[63] For-

dormiens, quod Luna amore ipſius capta fingebatur effeciſſe, ut eius oſculandi ſemper haberet copiam. *Cic.* 1. Tuſcul. Quaeſt. c. 38. adde *Plin.* lib. 2. c. 9. & *Lucianus* de Aſtrologia. *Bersmannus* h. l. e *Catullo*:

Ut Triviam furtim ſub Latmia Saxa relegans
Dulcis amor gyro devocat aërio.

adde *Natalem* 4, 8, p. 331. *Auſon.* in Cupid. cruci adf. v. 40:

Errat & ipſa, olim qualis per Latmia ſaxa,
Endymioneos ſolita adfectare ſopores,
Cum face & aſtrigero diademate luna bicornis.

Vid. ibi not. Vineti & Anonymi, p. 190. 191. 58 ſervo *non ſinit. Heum.* 59 abhorrentis ab amore. 60 Endymionem. 61 ἐπιδημήσεως nota, cuius pleni ſunt auctores. Vid. *Spanhem.* ad Callimach. *Actor.* 14, 11. Tibull. IV, 2, 2. 62 Menandri illa fragm. p. 228. Cel. Clerici edit. huc pertinent:

Ὅταν φύσει τὸ κάλλος ἐπικοσμῇ τρόπος
Χρηστὸς, διπλασίως ὁ προσιὼν ἁλίσκεται.

quum pulcritudinem ornant mores a natura boni, duplici ratione, qui accedit, capitur. Adde pag. 230. fr. 91.

[63] Forma niſi in veras non cadit illa Deas.
A [64] Veneris facie non eſt prior ulla, tuaque.
Neve meis credas vocibus, ipſa vides [65].
[66] Quanto, cum fulges radiis argentea [67] puris,
Concedunt [67] flammis ſidera cuncta tuis;
Tanto formoſis formoſior omnibus illa eſt;
Si dubitas, caecum [68]; Cynthia [69], lumen habes.

Haec

---

63 Tam pulcra eſt, ut deam eſſe, omnino ſit neceſſe. 64 h. e. *nach der Venus iſt ſie die ſchönſte.* Sic ep. XX, 257. Primus ab illa, *der erſte und nächſte nach ihr.* Sic etiam ep. XVI, 98. (qui in editione Heinſiana eſt omiſſus, ſed in nota additus) Nec Priamo eſt a te, *nach dir*, dignior ulla nurus. *Heum.* Muſaeus, 136:

Κύπρι φίλη, μετὰ Κύπριν, Ἀθηναίη μετ' Ἀθήνην.

adde ad Muſaei v. 57. obſervanda. *Krom.* 65 ſervo vide. *Heum.* Certitudinis haec ſunt. Io. I, 47. Ἔρχε καὶ ἴδε. Philemon fragm. pag. 298. ed. Clerici, v. 10. Μὴ ξαπατηθῇς, πάνθ' ὅρα, ne fallaris, omnia vide. Certiſſimum enim oculorum iudicium Donato teſte ad Terent. Eun. a. 3. ſc. 2. v. 1. Alciphron l. 2. ep. 4. p. 266. ed. *Cl. Bergleri*: Καὶ ἐ δεῖ λεγέσῃ πιςεύειν, ἀλλ' ἰδεῖν, ὥς φασι, atque non credere dicenti oportet, ſed videre, ut aiunt. *Krom.* 66 ſervo: *quantum.* Sic Virgil. *quantum lenta ſolent*, &c. *Heum.* 67 colore argenteo, qui eſt lunae ſerenae. Julianus ep. 29: Σαπφὼ ἡ καλὴ τὴν σελήνην ἀργυρέαν φησί. 67 minus ſplendent, quam tu. 68 i. e. ſi dubitares, quod umquam fore verendum non eſt, crederem, caecum te lumen habere. ita enim haec emollienda, alias aeque prrum

Haec ego, vel certe non his diverſa, locutus
Per mihi cedentes nocte ferebar [70] aquas.
Unda repercuſſae radiabat imagine Lunae,
Et nitor in tacita nocte diurnus erat:
[71] Nullaque vox noſtras, nullum [72] veniebat, ad aures;
Praeter dimotae corpore, murmur, aquae.
[73] Alcyones ſolae memores Ceycis [74] amati
Neſcio quid viſae ſunt mihi dulce queri.
Jamque fatigatis humero ſub utroque lacertis,
Fortiter in ſummas erigor altus aquas.
Ut procul adſpexi lumen, Meus ignis [75] in illo eſt;
Illa meum, dixi, litora numen habent.
Et ſubito laſſis vires rediere lacertis:

Vi-

rum pie aut civiliter dicta eſſent, ac ſi noſtro ſermone uteretur iſtis: *wann du daran zweifelſt, ſo muſt du gewiß durch die Hülſen ſehen.* 69 Adiectum Dianae, quae & Luna eſt, a monte Deli Cyntho, nativitatis loco. conf. Mythologi. 70 natabam. 71 nullaque vox vsquam noſtras veniebat ad aures. Sic alii libri. recte. *Heum.* Noctis elegantem deſcriptionem habes etiam *Meta.* 7, 184. *Krom.* 72 ſc. murmur. 73 Adludit ad fabulam Alcyones, de qua Metam: XI, f. 13. obiter ex Longapetraeo ad Moſchum p. 101. adnotamus, maſculos alcyonum κηλύλες, cerylos, dici, teſte Scholiaſt. Theocriti; quamquam alii putant cerylos nominari alcyones annis defectas. Natalem compara 8, 16. p. 881. 74 qui coniux erat Alcyones. 75 Virgil. Ecl. 3, 66.

\- - - *meus ignis, Amyntas.*

Viſaque, quam fuerat, mollior [76] unda mihi.
Frigora ne poſſim gelidi ſentire profundi,
[77] Qui calet in cupido [78] pectore, praeſtat amor.
Quo magis accedo, propioraque litora fiunt;
Quoque minus reſtat; plus libet [79] ire mihi.
Cum vero poſſum cerni [80] quoque; protinus addis
Spectatrix animos, ut valeamque facis.
[81] Nunc etiam nando dominae [82] placuiſſe laboro,
At-

76 Ad natandum facilior. 77 ſervo *Qui*. *Heinſ.* 78 elegans adiectum τὸ *cupido*. alibi Ovidius:

Oſcula dat cupido blanda columba mari.

Muſaeus, v. 241:

Λύχνῳ καιομένῳ συνεκαίετο.

Tibullus I, 9, 55:

Ipſe dedit cupidis fallere poſſe Deus.

Idem I, 10, 58:

Et pateat cupidis ſemper aperta domus.

ubi Bronkhuſius, eſt, *inquit*, in voce *cupidus* ſignificatio quaedam peculiaris ad rem amorum; idque, ut ſolet, pluribus exemplis doctiſſime probat. lege ea, qui amas Gratias Vereresque. 79 hoc inpatientius propero, ut iter illud meum conficiam. 80 ſc. a te. 81 ſervo *Tunc*. *Heinſ.* Magis adridet *Nunc*, quod Heinſius e Puteano adfert, & magnus etiam Burmannus retinet. *Krom.* 82 eſt hoc in amantium blanditiis, quod vel ſola Ovidii ſcripta teſtantur. Cito praeterea ad teſtimonium apud Petronium, arguti & amabilis ingenii nequam illum, epiſtolam Polyaeni ad Circen, qua, ut & praecedenti, elegantius fingi nihil poſſit.

Fateor,

Atque oculis jacto brachia noſtra[83] tuis.
Te tua vix prohibet nutrix[84] deſcendere in altum[85].
Hoc quoque enim vidi: nec mihi verba[86] dabas.
Nec tamen effecit, quamvis retinebat euntem,
Ne fieret prima[87] pes tuus udus aqua.
88 Excipis amplexu, feliciaque oſcula jungis:
Oſcula (Dî[89] magni!) trans mare digna peti.
90 Eque tuis demtos humeris mihi tradis amictus:
Et madidam ſiccas aequoris imbre comam.
Cetera nox & nos, & turris conſcia novit,
Quodque mihi lumen per vada monſtrat iter.
Nec magis illius numerari gaudia noctis;
Helleſpontiaci quam maris alga poteſt.

Quo

Fateor, *inquit ille*, me, *Domina*, ſaepe peccaſſe, nam & homo ſum, & adhuc iuvenis, *cetera*. 83 i. e. mea. ita ſc. loqui ſolenne poëtis eſt, verſus gratia, nec elegantia minore. 84 Vid. nos ad Muſaeum v. 188. 85 fretum. 86 falſo id mihi dicebas. 87 quae in primo maris littore erat. 88 Vid. Muſaeum v. 260 ſeq. 89 Recte Heinſ. *di magni*. *Heum.* Ita cum Heinſio & Burmanno ſcripſimus. Ille enim frequentem iſtam exclamandi formam pluribus probat ex Amor. ſcil. l. 2. el. ult.

Oſcula, di magni, qualia, quotque dabat!

Petronii illo:

Qualis nox fuit illa, di deaeque!

Krom. 90 ſervo: *Deque*. *Heum.*

Quo brevius ſpatium nobis ad furta dabatur,
Hoc magis eſt cautum, ne foret illud iners [91].
Jamque, fugatura Tithoni [92] conjuge noctem,
Praevius Aurorae Lucifer ortus erat.
[93] Oſcula congerimus [94] properata, ſine ordine, raptim,
Et querimur parvas noctibus eſſe moras.
[95] Atque ita cunctatus, monitu nutricis amaro
Frigida deſerta littora turre peto.
Digredimur flentes: repetoque ego Virginis [96] aequor,
Reſpiciens dominam, dum licet, usque [97] meam.

Si

91 Redderes noſtra lingua: *deſto beſſer haben wir uns deſſen zu bedienen gewuſt.* Naſo II Artis, v. 705:
Sponte ſua ſine te celeberrima verba loquentur,
Nec manus in lecto laeva iacebit iners.
92 Aurora, uxore Tithoni. Vid. Mythol. &, ſi lubet, nos ad Luciani Hermotimum, quem vernaculo ſermone expreſſimus, p. 82. adiunge Nat. Com. Mythol. p. 555. de Aurora, 6, 2. ac de Lucifero Plin. H. N. 12, c. 8. & ibi Delechamp.
93 Obſerva properantem verſum, & de carminis virtute hac vid. Ge. Sabini praecepta poët. quae edidit Cl. Ackerus, amicus noſter. 94 commiſcemus. 95 ſervo hanc ſcripturam: atque ita cunctatus monitu nutricis amaro. *Heum.* Sat bene ita legitur, quamvis venuſte Heinſius ſcribat: cunctatus *monitus* n. amaros, vel, monitum nutricis amarae. Vid. eum ad Claudian. l. 2. v. 284. de cons. ſtilic. Ab noſtris partibus Cel. quoque Burmannum ſtantem habemus. *Krom.* 96 Helles pontum. 97 usque dum licet, *ſo lange ich kan.*

Si qua fides vero eſt; veniens huc eſſe natator [98],
Cum redeo, videor naufragus eſſe mihi.
[99] Hoc quoque ſi credas; ad te via prona videtur:
A te cum redeo, clivus inertis [100] aquae.
Invitus repeto patriam: quis credere poſſit [1]?
Invitus certe nunc moror urbe mea.
Hei mihi! cur animo juncti, ſecernimur undis?
Unaque mens, tellus non habet una duos [2]?
Vel tua me Seſtos, vel te mea ſumat Abydos:
Tam tua terra mihi, quam tibi noſtra placet.
Cur ego confundor, quoties confunditur [3] aequor?
Cur mihi cauſſa levis [4], ventus, obeſſe poteſt?
Jam noſtros curvi norunt delphines amores;
Ignotum nec me piſcibus eſſe reor.
Jam patet attritus ſolitarum limes [5] aquarum;
Non aliter, multa quam via preſſa rota,

Quod

98 Natandi peritiſſimus. felix natator. 99 lego: hoc quoque mi credas. *Heum.* Heinſius: Hinc quoque, (vix credas) ad te. 100 laborem & moleſtiam creantis. 1 i.e. nemo poſſit credere; quia præ cunctis earum patriæ ſolum eſt. 2 i. e. duo habent unam mentem, ὑπαλλαγῇ dictum. 3 perturbatur. inf. v. 172. 4 cur mihi ventus, inquit, obeſſe, meumque iter remorari poteſt? ventus, inquam, res tam levis? quid enim vento levius? *Heum.* 5 quaſi via, qua nato ad te.

Quod mihi non eſſet, niſi ſic [6] iter, ante querebar:
At nunc per [7] ventos hoc quoque deeſſe queror.
Fluctibus immodicis Athamantidos [8] aequora canent,
Vixque manet portu tuta carina ſuo.
Hoc mare, cum primum de Virgine [9] nomina merſa,
Quae tenet, eſt nactum, tale fuiſſe puto.
Et ſatis amiſſa locus hic infamis ab Helle eſt:
[10] Utque mihi parcat, crimine nomen habet.
Invideo Phryxo [11], quem per freta triſtia tutum
Aurea lanigero vellere vexit ovis.
Nec tamen officium pecoris [12] navisve [13] requiro:
Dummodo, quas findam corpore, dentur [14] aquae.

[15] Arte

6 Natatione ſc. *Krom.* Lego cum aliis: Quod mihi non eſſet (i. e. liceret) niſi ſic, iterare, querebar. *Heum.* 7 propter ventos adverſos. 8 Helles, Athamantis, regis Thebarum filiae. conf. Hygin. f. 1. & 4. 5. 9 Helle. 10 quamvis mihi parcat, tamen ſat infamis eſt; vel: & crimine nomen habet, quod ipſum admonere poſſet, ut ne & in me ſaeviret. 11 Vid. Palaephat. c. 31. & ibi P. Pater. Natal. Com. VI, 9, p. 592. 12 arietis, quo Phryxus eſt uſus. 13 alii navisque, recte. *Heum.* 14 mox: fiat modo copia nandi.

[15] Arte egeo nulla: fiat modo copia nandi,
[16] Idem, navigium, navita, vector [17], ero.
[18] Nec ſequar aut Helicen [19], aut, qua Tyros [20] utitur, Arcton [21]:
[22] Publica non curat ſidera noſter amor.
[23] Andromedan altius ſpectet, claramve Coronam [24],
Quaeque micat gelido Parrhaſis [25] Urſa polo.
At mihi, quod [26] Perſeus & cum Jove Liber amarunt,

In-

15 Servo.: arte egeo nulla, *Heum.* Praefero vulgatum Heinſii coniecturae: *pace* egeo nulla: egebat quippe pace aliqua, quum inquit: fiat modo copia nandi. 16 exprimit idem Muſaeus v. 255:

Αὐτὸς ἐὼν ἐρέτης, αὐτοςόλος, αὐτόματος νηῦς.

17 *Vector* eſt, qui vehitur. 18 ſervo: nec ſequar. nam proxime praecedit: *ero. Heum.* 19 Bronkhuſius ad Tibull. 1, 10, 10. blanditiae ſunt, *inquit*, ingenioſae, & multa urbanitate conditae. Helice urſa minor eſt, de qua Cellarius Element. Aſtron. p. 10. Ovid. Faſt. III, 107:

Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura notetur
Sidoniis, Helicen Graia carina notet.

adde Metam. II, f. 8. 20 Phoenix nauta. de Tyro praeter plures lege Curt. IV, 4, 19. Bronkhuſ. ad Tibull. 1, 8, 20, 21 Cellarius d. l. 22 quibus omnes utuntur. 23 *Cellar.* c. l. *Mela* 1, 11, 21. *Ovid.* Metam. IV, f. 17. Nat. Com. p. 929. 24 Cellarius c. l. p. 12. Ovid. Met. VIII, f. 2. & Arte I, 527, 550. ſeqq. 25 Caliſto Arcadica. Ovid. Metam. 2. f. 8. & Faſt. II. diſt. 78. ſe,

Parrhaſia, Arcadia eſt.

26 Vulgatum retinuimus cum Burmanno, admodum ſcite. *Quas* ſcribi iubet Heinſius. Intelligitur vero Andromedae

M 7 ſidus,

Indicium dubiae [27] non placet eſſe viae.
Eſt aliud lumen, multo mihi certius iſtis;
Non erit [28] in tenebris quo duce noſter amor.
Hoc ego dum [29] ſpectem, Colchos, & in [30] ultima Ponti,
Quaeque viam fecit Theſſala [31] pinus, eam:
Et juvenem poſſim ſuperare Palaemona [32] nando,
[33] Miraque quem ſubito [34] reddidit herba Deum.
Saepe per adſiduos languent mihi brachia motus,
Vixque per immenſas feſſa trahuntur aquas.
His [35] ego cum dixi, Pretium non vile laboris,
Jam dominae vobis colla tenenda dabo:
Protinus illa valent, atque ad ſua praemia tendunt;
Ut

ſidus, ut & Caliſto ab Jove, Ariadne a Libero ſeu Baccho amatae. Vid. noſtrum Metam. IV, f. 18 ſeq. & VIII. f. 2* *Krom.* ſervo *quod.* Cohæret enim cum ſequenti voce: *indicium. Heum:* 27 ignotae & periculoſae. 28 ſervo: non erit. *Heum.* *Eat* coniicit Heinſius. Nihil opus. *Krom.* 29 dummodo ſpectem. 30 Lego cum libb. *& ad ultima.* *Heum.* 31 Jaſonis navis, eam per Scyllam, Charybdim, Symplegadas. 32 Deum marinum. Melicerta Portumnusque dictus eſt. Vid. *Gallaeus* ad Lact. p. 118. 119. & *Cellarius* ad Cyprian. de idolorum vanit. c. 1. §. 2. 33 Notat Glaucum. de quo Ovid. Met. XIII, f. 15. Palæphat. ſcriptor valde commendabilis, c. 29. Natal. Com. VIII, 4, p. 824. 34 ſervo: *ſubito. Heum.* 35 brachiis.

Ut celer Eléo[36] carcere[37] miſſus equus.
Ipſe meos igitur ſervo[38], quibus uror, amores:
Teque, magis coelo[39] digna puella, ſequor.
Digna quidem coelo, ſed adhuc tellure morare[40]:
Aut dic, ad Superos &[41] mihi qua ſit iter.
[42] Hic es, & exiguum miſero contingis amanti:
Cumque mea fiunt turbida mente freta.
Quid mihi, quod lato non ſeparor aequore, prodeſt?
[43] Num minus hoc nobis tam brevis[44] obſtat aqua?

An

36 Elis & Piſa urbes Arcadiae, ubi certamina Olympiaca celebrabantur. 37 carceribus. Virg. VI.

- - - *ruuntque effuſi carcere currus.*

Carceres ſepta erant, e quibus equi ad certamina dimittebantur. *die Schrancken.* Singulari numero etiam uſus eſt hac notione auctor ad Herenn. 4, 3. *intra carcerem ſtare,* ſcribens. 38 obſervo te, quam amo, & te ſequor, tamquam Helicen & Cynoſuram. 39 in anima adhuc habet ſidera, de quibus modo dicebat. hoc eſt, tu in coelo ſidus, aut dea potius eſſe mereris. 40 ſervo: *morare. Heum.* 41 recte: aut dic, ad ſuperos & (i. e. etiam) mihi qua ſit iter. *Heum.* 42 non es in coelo, aut tam longe remota, & tamen exiguum contingis mihi. 43 ita Heinſio emendante repoſuimus. v. 173. pro *lato* legunt clar. collectores Actor. Erud, Lipſ. menſ. Apr. 1715. p. 178. *toto,* ubi & egregie adſerunt illud: *num minus,* auctoritate Propertii l. IV. El. 12. v. 11. & Heinſii ep. 10. Heroid. v. 19. p. 93. Lege ipſum doctiſſimum eorum ſermonem, quo id agitur, ut locus Naſonis ep. XI. Heroid. v. 21. defendatur. 44 reſpicit τὸ brevis praecedens *lato,* quod retinendum omnino putamus.

An malim, dubito, toto procul orbe remotus
Cum domina longe ſpem [45] quoque habere mea.
Quo propius nunc es, flamma propiore caleſco:
Et res non ſemper, ſpes mihi ſemper adeſt.
Pene manu, quod amo, (tanta eſt vicinia) tango:
Saepe ſed (heu!) lacrimas hoc mihi pene movet.
[46] Velle quid eſt aliud fugientia prendere poma,
Spemque ſuo refugi fluminis ore ſequi?
Ergo ego te numquam, niſi cum volet unda, tenebo [47]?
Et me felicem nulla videbit hiems [48]?
Cumque minus firmum nil ſit, quam ventus & unda,
[49] In ventis & aqua ſpes mea ſemper erit?

50 Ae-

45 i. e. nec Dominam habere, nec ſpem eius facile potiundae. 46 Adludit ad Tantali fabulam, de qua Metam. IV, f. 10:

- - - *tibi, Tantale, nullae*
Deprenduntur aquae, quaeque imminet, effugit arbor.

conf. Mythogr. ut Nat. Com. p. 634. 47 *Terentius* : tene ote, Antiphila? Heautont. a. 2. f. 3. extr. adde indicem *Kockerti*. Amantibus hoc verbi ſolenne eſſe, lecturo bonos auctores adparebit. Tibull. II, 7, 31:

- - - *tum mens mihi perdita fingit,*
Quisve meam teneat, quot teneatve modis.

Vid. *Brouckhuſ*. p. 110. 48 tempeſtas, ut apud Palaephatum c. 28. ὁπότε χειμὼν γένοιτο, orta tempeſtate. Vid. ad Muſaeum dicenda, v. 293. & mox v. 206, 215. 49 ſpecies παροιμίας.

50 Aeſtus adhuc tamen eſt. quid cum mihi laeſerit [51] aequor
[52] Plias, & Arctophylax [53], Oleniumque pecus [54]!
[55] Aut ego non novi, quam ſit temerarius; aut me
In freta non cautus tunc quoque mittet Amor.
Neve putes id me, quod abeſt [56], promittere tempus:
[57] Pignora polliciti non tibi tarda dabo.
[58] Sit tumidum paucis etiam nunc noctibus aequor;
Ire per invitas experiemur aquas.

Aut

---

50 Muſaeus, v. 245.
- - - ἀλλὰ θαλάσσης
Ἔϛιν ὕδωρ.
51 turbidum reddiderit. 52 vid. Cellar. Elem. Aſtron. p. 15. Natal. Com. p. 325. 53 Cellarius c. l. p. 10. & 35. 54 Cellarius c. l. p. 32. & 35. Capellae ſignum intelligitur. Capella enim, quae Jovem nutriiſſe dicitur oppido Achaiae *Oleni*, inde nomen traxit, ut *Olenia* dicatur. Capellae vero nomen Amaltheae fuiſſe fertur, quam tamen Lactantius a capella diſtinguit. Vid. Cellar. ad Minuc. Felic. Octav. c. 21. p. 73. 55 ſervo:

Aut ego non novi, quam ſim temerarius, aut me
In freta non cautus tunc quoque mittet Amor.

confer. v. 210. *Heumann.* tranquillitatem maris forte longo poſt tempore futuram. 57 comprobabo promiſſum cito eventu, ſeu, ut mox ſequitur: ire per invitas experiemur aquas. 58 ſi paucis adhuc noctibus duret maris tempeſtas.

Aut mihi continget [59] felix audacia ſalvo:
  Aut mors ſolliciti finis amoris erit.
Optabo tamen, ut partes expellar in illas [60];
  [61] Et teneant portus naufraga membra tuos.
Flebis enim, tactuq; meum dignabere corpus:
  Et, Mortis [62], dices, huic ego cauſſa fui.
Scilicet interitus offenderis omine noſtri:
  Literaque inviſa eſt hac mea parte tibi.
Deſino: parce queri. ſed & ut mare finiat iram,
  Accedant, quaeſo, fac tua vota meis.
[63] Pace brevi nobis opus eſt; [64] dum transferor iſto:
  Cum tua contigero litora, perſtet hiems [65].
[66] Illic eſt aptum noſtrae navale carinae:
  Et melius nulla ſtat mea puppis aqua.
Illic me claudat Boreas; ubi dulce morari.
  Tunc piger ad nandum, tunc ego cautus [67] ero.
Nec faciam ſurdis convicia fluctibus ulla:
  Triſte nataturo nec querar eſſe fretum.

Me

59 *Contigerit* non male probat Heinſius cum altero Moreti. 60 ubi tu eris. 61 nil muto. *Heum.* 62 praeſagit ſibi mortem, quem ad modum apud Muſaeum. v. 217.

- - καὶ αὐτίκα θυμὸν ὀλέσσω.

63 maris tranquillitate. 64 vsque dum translatus fuero ad te. 65 tempeſtas. 66 lego *iſtic.* Sic v. 214. *Heum.* 67 ne maris periculo me exponam.

Me pariter venti teneant,[68] pariterque lacerti[69];
Per cauſſas iſtic impediarque duas.
Cum patietur hiems, remis ego corporis utar.
Lumen in adſpectu[70] tu modo ſemper habe.
Interea pro me pernoctet[71] epiſtola tecum;
Quam precor ut minima proſequar[72] ipſe mora.

68 Alii *tenetique*, probo. *Heum.* 69 ſc. tui. 70 in turri, ut poſſit a me adſpici. 71 Plinius ep. l. 6. ep. 7, 5. Scribis, quod *pro me* libellos meos teneas, ſaepe etiam in veſtigio meo conloces, *cetera.* 72 alii: *perſequar.* Recte. *Heum.*

EPISTOLA XIX.

HERO LEANDRO.

ARGUMENTUM.

Reſpondet Hero, ardentiſſime ſe redamare, &, quamquam deſiderio incredibili Leandri adventum exſpectet, tamen velle, ut non niſi tranquillo ſe mari committat.

2 QUam mihi miſiſti verbis, Leandre, ſalutem,

Ut

2 Vid. ad epiſtolam Leandri ineunt. dicta. Porro *verbis* & *rebus* eleganter ſibi opponuntur. Nepos, Phocione, c. 3, 3. Cauſſam apud Philippum Regem *verbo, re ipſa* quidem apud Polyſperchontem iuſſus eſt dicere. Adde Donat. ad illud Terentii; *verba dare,* Prol. Eunuchi. Cic. ad diu. X, 6. Crede mihi, omnes, quos adhuc gradus digni-

Ut poſſim miſſam rebus [3] habere; veni.
[4] Longa mora eſt nobis omnis, quae gaudia differt.
Da veniam faſſae; non patienter amo.
Urimur igne pari: ſed ſum tibi viribus impar.
Fortius ingenium ſuſpicor eſſe viris.
Ut corpus, teneris ita mens infirma puellis.
[5] Deficiam; parvi temporis adde [6] moram.
Vos, modo venando, modo rus geniale [7] colendo [8],
Ponitis in varia tempora longa mora.
Aut fora [9] vos retinent, aut unctae [10] dona [11] palaeſtrae:
Flectitis aut freno colla ſequacis [12] equi.

Nunc

dignitatis conſecutus ſis, eos honorum *vocabula* habituros, non dignitatis inſignia. De oppoſitione hac, & Graecis uſitata, Berglerus, V. C. ad Alciphron. lib. 1. p. 36. ep. 9. agit. 3 i. e. re ipſa. *Heum.* 4 Egregia ſunt, quae congeſſit C. *Bergler* ad Alciphronis ep. 3, l, 2. p. 242. ad quae te, lector, ablego. Redi etiam ad v. 25. ep. Leandri. 5 deficiam, ſi addes moram parvi temporis. *Heum.* *Deficiar* Heinſius vult. vid. eum. ad ep. 5. v. 150. adde Guntheri Lat. Reſt. parte altera p. 304. ſeq. & parte priori. 6 i. e, ſi addideris. Ovid. II. Artis, v. 650:

Concutiat tenerum [[illegible]num] quaelibet aura, cadet.

i. e. ſi concutiat. Adde v. 659, 660. ut alia taceamus ſexcenta. 7 Horat. Epod. 11, 3. vocat *rus* paternum. *Heum.* Amoenum & voluptuoſum. nam genius deus eſt naturae, cui voluptati operam dantes indulgere dicuntur. 8 morando rure. 9 cauſſarum actiones. 10 quia qui certabant palæſtra oleo perungebantur. 11 exercitia, munera, palmae. 12 qui frenis parere didicit. Vid. Heinſius ad Heroid. IV, 46.

Nunc volucrem laqueo, nunc piſcem ducitis [13] hamo.
Diluitur poſito [14] ſerior hora mero.
His mihi ſubmotae [15], vel ſi minus acriter urar,
Quod faciam, ſupereſt, praeter amare, nihil.
Quod ſupereſt, facio: teque, ô mea ſola voluptas,
Plus quoque, quam reddi [16] quod mihi poſſit, amo.
Aut ego cum cara de te nutrice ſuſurro;
Quaeque tuum, miror, cauſa moretur iter:
Aut mare proſpiciens, odioſo concita vento
[17] Corripio verbis aequora pene [18] tuis:
Aut ubi ſaevitiae paullum gravis [19] unda remiſit;

Poſſe

13 Educitis, capitis. 14 *Ponere* verbum convivale eſt pro *adponere*. *Plin.* l. 2, ep. 6, 2. *Naſo* Amor. I, IV, 7.

Deſine mirari, poſito quod candida vino
Atracis ambiguos traxit in arma viros.

ſollemne vero claſſicis auctoribus & ſimplex verbum pro compoſito uſurpare, praecipue Poëtis. Vid. G. Richteri, veteris amici, ſpecimen obſervatt. Crit. p. 8. 15 *Submotis* ſervo. *Heum.* Seiunctæ ab his ſtudiis. elegantius omnino & Ovidii ingenio convenientius ita expreſſimus. *Krom.* 16 Probo Heinſianum *reddi*. *Heum.* *Reddi* Heinſius. Adſumit, ut nos Cel. Burmannus. Noſter de Arte I, 369:

Et ſecum tenui ſuſpirans murmura dicat: (ancilla dominæ)
Ut puto, non poteris ipſa referre vicem,

i. e. amanti te vix mutuo amore ſatis poteris reſpondere. 17 culpo, vitupero. 18 quibus Leander epiſtola ſua v. 37. 130. de vento & mari querebatur. Muſaeus. v. 245.

Δεινὸς ἔρως, καὶ πόντος ἀμείλιχος.

19 βαρὺ χεῦμα vocat Muſaeus v. 205.

Poſſe quidem, ſed te nolle venire, queror:
Dumque queror, lacrimae per amantia lumina manant,
Pollice quas tremulo conſcia [20] ſiccat anus [21].
Saepe tui, ſpecto, ſi [22] ſint in litore paſſus:
Impoſitas tamquam ſervet arena notas.
[23] Utque rogem de te, & ſcribam tibi, ſi quis Abydo
Venerit, aut quaero, ſi quis Abydon eat.
Quid referam, quoties dem veſtibus oſcula, quas tu
Helleſpontiaca ponis iturus aqua?
Sic ubi lux acta eſt, & noctis amicior hora
Exhibuit pulſo ſidera clara die;

Pro-

20 Servo *conſcia. Heum.* Vulgatum probum ſatis, licet aliter Heinſius velit, quem vide ſis hic & v. 100. doctiſſime, ut ſolet, commentantem. Ceterum *pollice ſiccare,* Petronius *lacrimas manantes pollice exprimere* dicit. *Tibullus I, 10, 38:*

Tergebam humentes credulus usque genas.

21 nutrix amoris noſtri conſcia. 22 *Si* ponitur pro *an* per Graeciſmum, de quo vide Vechnerum in Hellenolexia: *Heum.* *An* ſint; ex Graeco εἰ. *Paſſus*, veſtigia, ſeu, ut ſtatim conſequitur, *inpoſitae arenae notae.* De particula *Si* pro *an* vid. Gunther. Lat. Reſt. part. II, p. 996. 23 Nil muto. *Heum.* Si Heinſii lectionem amplectamur, videtur neceſſario diſtichon hoc ſequenti eſſe poſtponendum; non item, ſi conſtructionem vulgati ſic formes: *quaero, ſi quis Abydo venerit, ut rogem de te; quaero, ſi quis Abydon eat, ut ſcribam tibi.* Nec morari nos poſſunt ea: *quoties dem veſtibus oſcula,* cetera; quaſi hunc ordinem, ut nempe diſticha locis moveantur, poſtulent. Sed bene eſt, video nil mutantem Cel. *Burmannum,* nec non Cel. *Heum.* & profecto lætus video. *Krom.*

Protinus in [24] ſumma vigilantia lumina turre
Ponimus, adſuetae ſigna [25] notamque viae.
Tortaque verſato ducentes ſtamina fuſo [26]
Feminea tardas fallimus arte moras.
Quid loquar interea tam longo tempore, quæris?
Nil, niſi Leandri nomen, in ore meo eſt.
[27] Jamne putes exiſſe domo mea gaudia [28], nutrix?

29 An

24 Servo in *ſumma turre.* Vid. El. præced. v. 31. *Heum.* 25 Vid. ad Muſaei v. 228. dicenda. 26 Præcipuus ingenuarum mulierum erat labor, ut lanificium & nendi artem tractarent. Vid. Metam. IV. f. 1. & alibi. Suetonius quoque Auguſto c. 64. memorat, Auguſtum filiam & neptem ita inſtituiſſe, ut etiam lanificio adſuefaceret. Tibullus, I, 3, 83:

At tu caſta, precor, maneas, ſanctique pudoris
Adſideat cuſtos ſedula ſemper anus.
Haec tibi fabellas referat, poſitaque lucerna
Deducat plena ſtamina longa colo.
Ac circa gravibus penſis adfixa puella
Paullatim ſomno feſſa remittat opus.

Idem II, 1, 61:

Rure etiam teneris curam exhibitura puellis
Molle gerit tergo lucida vellus ovis.
Hinc & femineus labor eſt, hinc penſa colusque,
Fuſus & oppoſito pollice verſat opus.
Atque aliqua adſiduae textis operata Minervae
Cantat, & adplauſo tela ſonat latere.

Vid. not. *Broukhuſii.* 27 ſervo: *Jamne putas.* Sunt verba Herus, nutricem adloquentis & interrogantis *Heum.* 28 Leandrum. in amantium blanditiis vox quoque gaudii eſt. Ceterum quod antea dixit, nil, niſi Leandri nomen in ſuo

[29] An vigilant omnes? & timet ille ſuos?
Jamne ſuas humeris illum deponere veſtes;
Pallade [30] jam pingui tinguere [31] membra putes?
Adnuit illa [32] fere: non noſtra quod oſcula [33] curet;
Sed movet obrepens ſomnus anile caput.
Poſtque morae minimum, Jam certe navigat, inquam;
Lentaque [34] dimotis brachia jactat aquis.
Paucaque cum tacta [35] perfeci ſtamina tela,
An medio poſſis, quaerimus, eſſe freto.
Et modo proſpicimus: timida modo voce precamur,
Ut tibi det faciles utilis aura vias.

Au-

ſuo ore eſſe, id etiam ad amantes pertinet eosque, qui magni alterum faciunt. Tibullus, 2, 1, 31:

Sed, bene Meſſalam, ſua quisque ad pocula dicat,
Nomen & abſentis ſingula verba ſonent.

29 *ne* & *an* invicem ſe reſpiciunt, altero, *an*, *oder*, vernaculum, notante. 30 olivo, cuius tutelam habet Pallas. natatores oleo imbuuntur, ne aquarum frigiditate laeſi nervi frigeſcant. Adde diſſ. noſtram de Muſaeo. 31 veram puto hanc ſcriptionem, quidquid ſummus Heinſius docte, ſed, ut ſaepe, nimis ingenioſe, contra contendat. 32 ſc. nutrix. *fere*, ita, ut videatur adnuere; plerumque, ſubinde. 33 amores. adiunctum pro ſubiecto. 34 redi ad ep. Leandri v. 58. 35 recte *tacta tela. Heum.* Lectio vulgaris *terra tacta* non prorſus contemnenda, rationem exprimens fuſo nendi; quamvis Heinſius, ut ſcripſimus, velit Cel. Burmannus itidem *tela* repoſuit, *tracta* tamen, quod Heinſio placet, neglexit, præclariſſime, ſi quid video. at non poſſumus facere.

Auribus interdum [36] voces captamus, & omnem
Adventus ſtrepitum credimus eſſe tui.
Sic ubi deceptae pars eſt mihi maxima noctis
Acta; ſubit furtim lumina feſſa ſopor.
Forſitan invitus, mecum tamen, improbe [37], dormis:
Et, quamquam [38] non vis ipſe venire, venis.
Nam modo te videor prope me ſpectare natantem:
[39] Brachia nunc humeris humida ferre meis.
Nunc dare, quae ſoleo, madidis velamina membris:
Pectora nunc juncto veſtra [40] fovere ſinu.
Multaque praeterea [41], linguae reticenda modeſtae;
Quae feciſſe juvat, facta referre [42] pudet.

43Me

cere, quin iterum te admoneamus, τὸ *terra* illud non eſſe prorſus contemnendum ac pœnitendum. 36 nil muto. *Heum.* Tibullus, I, 9, 65:

Dum mihi venturam fingo, quodcumque movetur,
Illius credo tunc ſonuiſſe pedem.

Vid. ibi doctiſſ. *Broukhuſium.* 37 inter amantium blandimenta & hoc eſt, reſpondens noſtro *Loſer.* de ſomniis vero eſſe ſermonem, probant ſequentia. 38 lego cum Heinſio *quamquam. Heum.* 39 te brachiis humidis me amplecti, 40 lego cum Heinſio: *veſtra. Heumann.* Muſæus, v. 217.

- - *τεὺς ἱδρῶτας ἐμοῖς ἐνικάτθεο κόλποις.*

Krom. 41 intellige: videor facere, e pentametro repetendum. 42 Vid. nos ad Muſæi v. 272.

N

43 Me miſeram! brevis eſt haec, & non vera voluptas.
Nam tu cum ſomno ſemper abire ſoles.
Firmius ô cupidi 44 tandem coëamus amantes:
Nec careant vera 45 gaudia noſtra 46 fide.
Cur ego tot viduas 47 exegi frigida noctes?
48 Cur toties à me, lente 49 natator, abes?

Eſt

43 Heinſius hoc diſtichon ſuſpectum habet, cuius rei, non dicit, nec nos videmus. 44 ſup. ep. Leand. v. 90. 45 Petron. c. 11. *Oſculisque tandem bona fide exactis adligo artiſſimis amplexibus puerum.* quem locum doctiſſimus Burmannus cum hoc Ovidii noſtro rectiſſime contendit. 46 ut credi poſſint & eſſe vera. 47 de lecto viduo mulieres queruntur, quoties abſunt viri: inde *unicubae*, μονολεχεῖς, dicuntur. res tandem abiit in ſollemnem inprecationem, qua eos perſequebantur, quibus male volebant. Vide *VVerneri* corpuſculum philol. rariorem, ac elegantem libellum, c. 8. Jan. Douſam ad Catull. 6, 6. p. m. 21. Sappho: ἐγὼ μόνα καθεύδω. Adde Bion. Idyll. 8. extr. & ibi *Longapetraeum*, p. 48, 49. Ovid. II. de Arte v. 369. de Helene:

Quid faciat? vir abeſt, & adeſt non ruſticus hoſpes:
Et timet in vacuo ſola cubare loco.

Alciphron epiſt. I, 1. ep. 38 de mortua Bacchide: Κείσεται λοιπὸν μόνη ἡ Βακχίς. ὡς ἄδικον, ὦ φίλαι μοῖραι. ἔδει γὰρ αὐτῇ συγκατακεῖσθαί με καὶ νῦν ὡς τότε. *Iacebit in poſterum ſola Bacchis! quam iniquum, o charae Parcae! oportebat enim cum illa me nunc etiam iacere, ut tunc.* 48 nil muto. vid. v. 90. *Heum.* 49 Repete quae ad ep. Leandri v. 58. adnotabamus. *Tibullus* II, 7, 18:

Non feret vsque ſuum te propter flere clientem,
Illius ut verbis, ſis mihi lenta, veto.

h. e. *dura*. h. loc. lentus eſt *moras nectens.*

Eſt mare (confiteor) nondum tractabile nanti:
Nocte ſed heſternâ lenior aura fuit.
Cur ea præterita [50] eſt? cur non ventura [51] timebas?
Tam bona cur periit, nec tibi rapta [52], via eſt?
Protinus ut [53] ſimilis detur tibi copia curſûs;
Hoc melior certè, quo prior, illa [54] fuit.
[55] At cito mutata eſt jactati forma profundi:
Tempore, cum properas, ſæpe minore venis.
Hic, puto, deprenſus [56] nil, quod querereris, haberes;
Meque tibi amplexo nulla noceret hiems.
Certe ego tum ventos audirem [57] lenta tonantes [58],
Et numquam placidas eſſe precarer aquas.
Quid tamen evenit, cur ſis metuentior undae?
Contemtumque prius, nunc vereare, fretum?
Nam memini [59], cum te ſaevum veniente minaxque
Non minus, aut multo non minus, aequor erat.
[60] Cum tibi clamabam, Sic tu temerarius eſto,
Ne miſerae virtus [61] ſit tua flenda mihi.

Unde

50 Cur eam noctem paſſus es praeterire? 51 tempora ſc. magis tibi adverſa. 52 cur non ſtatim uſus es ea viae commoditate? 53 ut, *geſezt, daß, Heum.* 54 prior nempe. 55 obiectio fit. reſpondetur obiectioni v. 78. At, *ja ſprichſt du. Heum.* 56 deprehendi proprie dicuntur nautae, tempeſtate oppreſſi. 57 ſervo *laeta. Heum.* 58 flantes cum ſtrepitu. 59 ſc. temporis. 60 memini temporis eius, quum tibi clamabam, *plene.* 61 audacia natandi.

Unde novus timor hic? quoq; illa audacia fugit?
Magnus ubi eſt ſpretis ille natator aquis;
Sis tamen hoc [62] potius, quam quod prius [63] eſſe ſolebas:
Et facias placidum per mare tutus iter.
Dum modo ſis idem: dum ſic, ut ſcribis, amemur:
Flammaque [64] non fiat frigidus illa cinis.
Non ego tam ventos timeo, mea vota morantes,
Quam, ſimilis vento, ne tuus erret [65] amor:
Nec non ſim tanti [66], ſuperentque pericula cauſſam:
Et videar merces eſſe labore minor.
Interdum metuo, patria ne laedar [67], & impar
Ducar Abydeno Threſſa [68] puella toro.
Ferre tamen poſſum patientius omnia; quam ſi
Otia, neſcio qua pellice captus, agas:
In tua ſi veniant alieni colla lacerti:
Sitque novus noſtri finis amoris amor.

Ah

62 i. e. timidus. 63 audax. 64 non pereat amor noſter. Metaph. ab igne ducta. 65 quippe magiſtro amoris noſtro docente de Arte l. 2, v. 17. *Amor*
tam vaſto pervagus orbe puer,
Et levis eſt, & habet geminas, quibus avolet, alas:
Difficile eſt, illis inpoſuiſſe modum. reliqua.
66 ne non ego ſat gravis cauſſa tibi videar eſſe adeundorum maris periculorum. 67 ne patriae humilitas mihi fraudi ſit. 68 lego: Ducar Abydeno Seſta puella toro. Sic eleg. praeced. v. 2. *Heum*. Vid. Heinſ. h. l. & conf. dicta ad v. 2. epiſtol. Leandri.

Ah potius peream, quam crimine vulnerer iſto:
[69] Fataque ſint culpa noſtra priora tua!
Nec quia venturi dederis mihi ſigna doloris [70],
Haec loquor; aut fama ſollicitata nova.
Omnia ſed vereor: (quis [71] enim ſecurus amavit?)
Cogit & abſentes plura timere locus [72].
Felices illas, ſua quas praeſentia [73] noſſe
Crimina vera jubet [74], falſa timere vetat!
[75] Nos tam vana [76] movet, quam facta injuria fallit [77]:
Incitat & morſus error [78] uterque pares.
O utinam venias! aut ut ventusve paterve,
Cauſſaque ſit certae [79] femina nulla morae!

Quod

69 Mors mea antevertat hoc tuum facinus. Utinam prius moriar, quam id accidat. *Heum.* 70 mutati amoris, qui dolor meus fuerit. 71 i. e. nemo umquam ſecurus amavit: interrogatio enim adfirmativa fortius negat. dein illa huc pertinent:

Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

Ep. I, 10. *Heum.* 72 locus, i. e. occaſio. abſente enim amica amator inpune poteſt amplexari aliam. *Heum.* 73 quibus praeſentibus amatorum ſuorum culpam licet cognoſcere, ne ſuſpicione falſa crucientur. 74 recte *jubet*. *Heum.* 75 nos, i. e. me. *vana injuria*, i. e. quam falſo ſuſpicabar. *Heum.* 76 turbat, reddit ſolicitam. 77 lege Ovid. II. Artis v. 373. ſeq. 78 ignorantia ſeu verae, ſeu falſae injuriae. *morſus* curae ſunt & ſolicitudines. 79 Alii *certe*. recte omnino. Senſus: opto, ut aut ventus, aut pater tuus ſit cauſſa morae, *certe, zum wenigſten nur*, nulla femina, quae in amorem ſui te pertraxerit. *Heum.* *Certae morae* lectio Heinſiana & Burmanniana. Utinam, inquit, Hero

 ſoli-

Quod ſi quam ſciero; moriar (mihi crede) dolendo.
[80] Jamdudum peccas, ſi mea fata petis.
Sed neque peccabis, fruſtraq; ego terreor iſtis [81]:
Quoq; minus venias, invida pugnat [82] hiems.
Me miſeram! quanto planguntur litora fluctu!
[83] Et latet obſcura condita nube dies!
[84] Forſitan ad pontum mater pia venerit Helles,
Merſaque roratis [85] nata [86] fleatur aquis:
[87] An mare, ab inviſo privignæ nomine dictum,
Vexat in æquoream verſa noverca [88] Deam?
Non favet, ut [89] nunc eſt, teneris locus iſte [90] puellis.
Hac Helle periit [91], hac ego laedor aqua.
At tibi flammarum memori, Neptune, tuarum
Nullus erat ventis impediendus amor:

Si

ſolicito amore plena, ne femina aliqua alia vera & certa morae tuae cauſſa ſit, aut, ob quam certum tibi ſit moras nectere. *Krom.* 80 ſi perfidus factus es, certe dudum jam is es factus, quoniam tanto tempore ad me neglexiſti natare. 81 ejusmodi ſuſpicionibus. 82 obſiſtit tibi. 83 lego cum Heinſio: ut latet dies. *Heum.* 84 dicit, hanc tempeſtatem forſan moram eſſe a Nephele, matre Helles, quae venerit ad mare, ut fleret filiam ſuam. Conf. Nat. Com. p. 592. 85 effuſis pluviis. Nephele enim in nubem mutata dicitur. 86 Helle. 87 ſervo *aut*, deleto ſigno interrogationis. *Heum.* 88 Ino. Vid. Ovid. Metam. IV, f. 10. & 13. Natal. 8, 4, p. 824. *Krom.* Servo *vexat.* *Heum.* 89 ita tumidus. Vid. Kockerti indicem Terentian. voce *Ut.* 90 Helleſpontus. 91 ob caeſuram porrecta ultima in *periit*, quod ſollemne eſt poëtis quum in contractis ſyllabis quum ſimplicibus. De fabula vid. Nat. Com. VI, 9, p. 592.

Si neque Amymone [92], nec laudatiſſima forma
Criminis eſt Tyro [93] fabula vana tui;
Lucidaque Alcyone [94], Circeque [95] & Alymone nata,
Et nondum nexis angue Meduſa [96] comis;
Flavaque Laodice [97], coeloq; recepta Celaeno,
Et

92 Propertius l. 2. el. 26:
- - *Amymone, latices quum ferret, in arvis*
Compreſſa. *Pauſan.* Corinth. c. 37. *Strabo VIII*, p. 569. Hygin. f. 169. Amymone, Danai fil. dum ſtudioſe in ſilva venatur, Satyrum jaculo percuſſit. Eam Satyrus voluit violare. illa Neptuni fidem imploravit. quo Neptunus quum veniſſet, Satyrum abegit, & ipſe cum ea concubuit; ex quo conceptu naſcitur Nauplius: *cetera*. Vid. doctiſſ *Heſſelium* ad *Vibium ſeq.* p. 20. hunc cum ceteris laudantem locum. 93 Propertius l. 2. utriusque meminit. Salmonei filia erat, in ripisque Enypei fl. a Neptuno eſt compreſſa, converſo in ipſum, quem ea amabat, Enypeum. 94 Una ex Pleiadibus, filia Atlantis, ex qua Neptunus ſuſcepit Lycaona & Hyrieum, patrem Orionis. 95 ex ea Neptunus Cygnum genuit. Heinſius legi iubet *Calyceque Ecutheone* nata, ut Calyce mater Cygni intelligatur, diſtincta ab altera Calyce, Endymionis matre, filia Æoli. Vide eum pluribus. Burmannus nihil mutat. extricet in futurum rem ille omnem faventibus bonis Muſis. 96 hanc Neptunus in Minervae templo ſubegit. Minerva rem indignata Meduſae crines in ſerpentes mutavit. Vid. Palaephat. c. 32. 97 Laodice una filiarum Priami, nupta Helicaoni, Antenoris regis Thraciae f. Altera huius nominis Agamemnonis e Clytemneſtra f. De Gelaeno Ovid:
- - - *& te formoſa Celaeno,*
Maiam & Electram - Taygetamque Jovi.
ſc. ferunt concubuiſſe. Fuit vero Celaeno una ex Pleiadibus, e qua Neptunus genuit Nyctum patrem Nyctimenes.

Et quarum memini nomina lecta mihi.
Has certe pluresque canunt, Neptune, poëtae
Molle latus lateri compoſuiſſe [98] tuo.
Cur igitur, toties vires expertus amoris,
Adſuetum nobis turbine claudis iter?
Parce ferox; latoque mari tua proelia [99] miſce.
[100] Seducit terras haec brevis unda duas.
Te decet aut magnus magnum jactare carinas;
Aut etiam totis claſſibus eſſe trucem.
Turpe Deo pelagi, juvenem terrere natantem:
Gloriaque [1] eſt ſtagno quolibet iſta minor.
Nobilis ille quidem eſt, & clarus origine: ſed non
A tibi ſuſpecto [2] ducit Ulixe genus.
Da veniam, ſervaque duos. natat ille: ſed îsdem
Corpus Leandri [3], ſpes [4] mea, pendet aquis.

Ster-

98 Servo *conſeruiſſe. Heum.* Sollemnis venerei operis deſcriptio, cuius generis ipſe Naſo plures in Amorum libris habet. *Compoſuiſſe* legi iubet Heinſius. *Krom.* 99 viribus tuis in ſpatioſo mari utere. 100 ſeiungit Aſiam Europamque. De barbara verbi *ſeducere,* pro, *corrumpere,* notione vulgari conſule Cellar. Antibarb. & Cur. Poſt. ac Diſpontinium Conlectan. in Phaedrum. 1 poteris turbando quodlibet ſtagnum maiorem tibi parere gloriam. 2 quia Polyphemum excaecaverat, cum exprobratione ea, neque patrem Neptunum auxiliaturum ei eſſe, aut oculum reſtiturum. adde quae Gnippingius ex Homeri Odyſſ. 1, v. 522. & Luciani fabulcſ. adſcripſit. 2 Porrecta prima, e Graeco Λείανδρος, quo Muſaeus ſaepius utitur. Vid. diſſ. noſtram de Muſaeo. 4 lego *& ſpes mea. Heum.* Vid. Muſaeum, v. 72. Auctor carm. 4. l. 4. Tibulli v. 21. *Krom.*

Sternuit & [5] lumen : poſito nam ſcribimus illo.
  Sternuit ; & nobis proſpera ſigna dedit.
Ecce merum [5] nutrix fauſtos inſtillat [7] in ignes :
  Crasque erimus plures. inquit, & ipſa bibit.
Effice nos plures, evicta per aequora lapſus,
  O penitus toto [8] corde recepte mihi.
In tua caſtra [9] redi, ſocii deſertor Amoris.
  Ponuntur medio [10] cur mea membra toro ?
Quod timeas, non eſt. auſo [11] Venus ipſa favebit :
  Sternet & aequoreas, aequore [12] nata, vias.

Ire

5 Lego ! *ſternuit ea. Heum.* Crepitum facit & ſtridorem. Sternutatio vero res divina, & cui auguriorum vis ineſſet, habebatur. *Ariſtot.* l. 1. de nat. anim. & *Probl. Sect.* 33. *Plin.* 28, 2. 6 de ſuperſtitioſa cura ne exſtinguerentur lucernae, capienda illa Ovidii epiſt. 19, 153. *Ecce merum.* & v. 195. *Namque ſub Auroram iam dormitante lucerna.* ubi neſcio, annon praeferam Palatini Codicis lectionem : *jam deficiente lucerna. Burmannus* ad Petron. c. 23. p. 76. 7 libaminis & auſpicii cauſſa. 8 Vid. ad Muſaeum v. 156. a Clar. Schœttgenio, amico nobis cariſſimo, communicata nobiscum. *Virgil.* Æn. IV, *haerent infixi pectore vultus. Tibull. III,* 1, 20 :

Illa mihi referet, ſi noſtri mutua cura eſt,
An minor, an toto pectore deciderim.

vid. hic *Broukhuſ.* p. 293 Ovid. Artis II, 406.

Inde Thyeſtiaden thalamoque animoque recepit.

9 militat enim omnis amans, & habet ſua caſtra Cupido, alibi Naſo. 10 *viduo* libb. duo, eleganter. vid. ſup. v. 69. Nec minus tamen ſcite vulgatum. Medio enim toro ponitur, qui ſine ſocio dormit. 11 i. e. audenti tibi. *Heum.* 12 hinc dicta ἀφροδίτη, ἕνεκ᾽ ἐν ἀφρῷ θρέφθη Theocrit. in Theog. Sed Euripides Helen. ἀπὸ τῆς ἀφροσύνης ἀφροδίτην deducit.

N 5

Ire libet tumidas [13] ipſi mihi ſaepe per undas :
  Sed ſolet hoc maribus tutius eſſe fretum.
Nam cur, hoc [14] vectis Phryxo Phryxique ſorore [15],
  Sola dedit vaſtis femina [16] nomen aquis?
Forſitan ad reditum metuas [17] ne tempora deſint,
  Aut gemini [18] nequeas ferre laboris onus.
At nos diverſi [19] medium coëamus in aequor :
  Obviaque in ſummis oſcula demus aquis :
Atque ita quisque ſuas iterum [20] redeamus ad urbes.
  [21] Exiguum, ſed plus, quam nihil, illud erit.
Vel pudor hic utinam [22], qui nos clam cogit amare,
  Vel timidus famae [23] cedere vellet amor!

Nunc

---

13 *Tumidas* edidit Cel. Burmannus. nihil habeo dicere, niſi id veriſſimum videri, ſi Codd. conſpirent. Paullo ante τὸ *medio* praeceſſerat, ſtatim quoque *medium* conſequitur ; v. vero 181. adeſt *tumidarum* victor aquarum. 14 ſervo *hoc* ; ſcil. mari. *Heum.* 15 Helle. 16 cur enim inquit, quum Phryxus & Helle per hoc mare veherentur, ſola Helle cecidit, & Phryxus euaſit incolumis ? Relege ad v. 143. epiſtolae Leandri notata. 17 ſervo : *metuis*, & *robora*, pro, robur corporis & virium. *Heum.* 18 eundi & redeundi. 19 ſeiuncti. 20 Pleonaſmus. Rurſum redire ad ingenium Terentius habet Adelph. I,1,46. idem *referre iterum* fabulam, Hec. prol. v. 7. & paullo poſt v. 38. *referre denuo*. Adi Indicem Freinshemii in Florum, voce *Rurſus.* 21 exiguum quidem illud, ſed plus tamen, quam nihil, erit. 22 ſc. cedere vellet. 23 Ita Ovid. l. 5. Met. f. 1:
Emathion aequi cultor, timidusque deorum.
adde Cnipping.

Nunc male res junctae, calor & reverentia, pugnant.
Quid ſequar in dubio eſt. haec decet; ille juvat.
Ut ſemel intravit Colchos Pagaſaeus [24] Iaſon;
Impoſitam celeri Phaſida [25] puppe tulit.
Ut ſemel Idaeus [26] Lacedaemona venit adulter;
Cum praeda [27] rediit protinus ille ſua.
Tu, quam ſaepe petis quod amas, tam ſaepe relinquis:
Et quoties grave ſit [28] puppibus ire, natas.
Sic tamen, ô juvenis, tumidarum victor aquarum,
Sic facito ſpernas, ut vereare, fretum.
Arte laboratae vincuntur [29] ab aequore puppes:
Tu tua plus remis brachia poſſe putes?
Quod cupis, hoc nautae metuunt, Leandre, natare.
[30] Exitus hic fractis puppibus eſſe ſolet.

Me

24 A Pegaſa, oppido Theſſaliae. 25 Medeam; a Phaſide, Colchorum fluvio. De fabula Medeae conf. *Ælian.* V. H. l. 5. c. 21. 26 Paris, ab Ida, monte Æolidis, Idaeus dictus. Mela, c. 18. videatur, qui & iudicii Paridis inter divas meminit, & mirabilem ſolis eo loco ortum memorat. 27 i. e. Helena. 28 recte: *ſit. Heum.* 29 Præfero: *vincuntur ab.* v. 184. ſervo: *putas. Heum.* 30 id, hoc eſt, *natare,* facere tandem nautae coguntur, fracta tempeſtate navi.

Me miſeram! cupio [31] non perſuadere; quod hortor:
  Siſque, precor, monitis fortior ipſe meis.
Dummodo pervenias, excuſſaque [32] ſaepe per undas
  Injicias humeris brachia laſſa meis.
Sed mihi, cæruleas quoties obvertor ad undas,
  Neſcio quæ pavidum frigora pectus [33] habent.
Nec minus heſternæ confundor imagine noctis,
  Quamvis eſt ſacris [34] illa piata meis.
Namq; ſub Aurora, jam dormitante [35] lucerna,
  (Somnia quo cerni tempore vera ſolent)
[36] Stamina de digitis cecidere, ſopore remiſſis:
  Collaque pulvino noſtra ferenda dedi.
Hic ego ventoſas nantem delphina per undas
  Cernere non dubia ſum mihi viſa fide.
Quem, poſtquam bibulis illiſit fluctus arenis,
  Unda ſimul miſerum vitaque deſeruit.

Quid

---

31 Inſigne amantium πάθος. modo enim quod cupiunt averſantur, quod nolunt, votis expetunt omnibus. 32 jactata. 33 rect. reſcripſit Heinſius: neſcio, quæ pavidum pectora frigus habent. *Heum.* 34 ſup. v. 153. *Quamvis* indicativo adpoſitum eſt, vid. *Cellarium* ad Nepotis Miltiad. c. 2. *Tibull.* III, 4, 9:

Et vanum ventura hominum genus omina noctis
  Farre pio placant, & ſaliente ſale.

lege, ſi vacat, totam elegiam & commentarium Broukhuſii. 35 vid. ſup. ad v. 151. dicta a Cel. Burmanno, qui ibidem Sueton. citat Tiber. c. 19 & noſtrum epiſt. 21, 159. 36 vid. *Macrob.* l. 1. c. 3. in Somn. Scipio. *Moſch.* Idyll. 2.

Quidquid id [37] eſt, timeo. nec tu mea ſomnia ride :
  Nec niſi tranquillo brachia crede mari.
Si tibi non parcis, dilectae parce puellae :
  Quae numquam, niſi te ſoſpite, ſoſpes erit [38].
Spes tamen eſt fractis vicinae [39] pacis in undis.
  [40] Tum placidas tuto pectore ſinde vias.
Interea, nauti quoniam freta pervia non ſunt,
  [41] Leniat inviſas litera miſſa moras.

37 Vide de hac loquendi formula Cellarii Antib. & Curas Poſter. illum quidem p. 217. has vero 418. 38 ſervo *erit*. *Heum.* 39 i. e. brevi venturae tranquillitatis in mari. *Heum.* 40 nil muto. *Heum.* 41 Epiſt Leandri extremo. *Symmachus*, l. 1. ep. 82 ineunte: Sum quidem ſilentii tui vehementer inpatiens, *quod genus querelae amantibus familiare eſt.*

EPISTOLA XX.

ACONTIUS CYDIPPAE.

ARGUMENTUM.

Profectus ad ſacra Dianae Acontius, quae in Delo inſula maris Aegaei omnium Cycladum clariſſima, ex frequenti virginum conventu celebrabantur, in amorem viſae Cydippes, puellae nobilis, excaluit. Sed quum illam ob generis inparitatem non auderet in ſuum amorem ſollicitare novam commentus fraudem, in pulcerrimo pomo ſcripſit duos hoſce verſus :

Juro tibi ſane per myſtica ſacra Dianae.
Me tibi venturam comitem, ſponſamque futuram.

atque illud ad pedes puellae proiecit, quae fraudis inſcia, quum inprudens legeret, viſa eſt ſe uxorem Acontio paciſci. Nam, quae ante Deos in templo

Deliae Dianae dicerentur, rato eſſe debere, lex erat. Quum autem paullo poſt pater, huiusce rei inſcius, illam alii deſponderet, ſubita febre correpta eſt. Quare hac epiſtola Acontius conatur perſuadere, hunc morbum a Diana immiſſum eſſe, eo quod non impleverit, quae Dea praeſente promiſerat. Ne vero dubitet iterum decipi, ab ea exorditur parte, qua maxime haeſitare poterat. Adducit deinde eum in odium, cui deſponſata fuerat, quum dicit, omnem aegritudinem accidere illius cauſſa.

POne metum: nihil hic iterum [2] jurabis [3] amanti.
Promiſſam ſatis eſt te ſemel eſſe mihi.
Perlege [4]: diſcedat ſic [5] corpore languor ab iſto,
Qui meus [6] eſt, ulla parte [7] dolente, dolor.
Quid pudor ora [8] ſubit? nam, ſicut in æde Dianæ,
Suſpicor ingenuas erubuiſſe [9] genas.
Conjugium pactamque fidem, non crimina [10], poſco:
[7] Debitus ut conjux, non ut adulter, amo.
Verba licet repetas, quæ demtus ab arbore fœtus [12]
Pertulit ad caſtas, me jaciente [13], manus;

Inve-

2 Hic, lecta hac epiſtola. 3 ut iuraſti in pomo tibi obiecto lectis verſibus. 4 ſc. has litteras. 5 optantis formula. 6 qui dolor me quoque adfligit. 7 ſc. corporis tui. 8 faciem tuam occupat. 9 dum haec legis. 10 dedecus tuum, concubitum. 11 legitimus, quem tuum fore iuraſti. 12 pomum. 13 quum preieciſſem illud pomum.

Invenies illic id te ſpondere, quod opto,
Te potius, virgo, quam meminiſſe Deam [14].
Nunc quoque idem timeo [15]: ſed idem [16] tamen acrius illud
Adſumſit vires; auctaq; flamma [17] mora eſt.
Quique fuit numquam parvus; nunc tempore longo,
Et ſpe, quam dederas tu mihi, crevit amor.
Spem mihi tu dederas: meus hic tibi credidit [18] ardor.
Non potes hoc [19] factum teſte [20] negare Dea.
Adfuit, & praeſens, ut erant [21], tua verba notavit:
Et viſa eſt mota dicta probaſſe coma [22].
Deceptam dicas noſtra te fraude licebit [23]:
Dum fraudis noſtrae cauſſa feratur [24] amor.
Fraus mea quid petiit [25], niſi uti tibi jungerer uni?
Id me, quod quereris, conciliare poteſt.
Non ego natura, nec ſum tam callidus uſu [26].
[27] Solertem tu me, (crede) puella, facis.

Te

---

14 Dianam, quae ita eius promiſſi tui eſt memor, ut morbum tibi inmiſerit, quod factum nollem. 15 ſc. ne Diana meminerit jurisjurandi tui. 16 quod timeo, auctum eſt, tuque graviter decumbis. 17 meus erga te amor. 18 ego amans te tibi credidi. 19 te juraſſe. 20 dum Diana eius rei teſtis eſt. 21 ſc. comparata & concepta in pomo, ac a te pronuntiata. 22 capite, ut conſentientes faciunt. 23 licet. 24 dicatur fuiſſe. 25 voluit, quaeſivit. 26 experientia. 27 ingenioſum.

Te mihi compoſitis [28] (ſi quid tamen [29] egimus) a me
Adſtrinxit verbis ingenioſus Amor.
Dictatis ab eo feci ſponſalia [30] verbis:
[31] Conſultoque fui juris amore vafer.
Sit fraus huic nomen facto, dicarque doloſus:
[32] Si tamen eſt, quod ames velle tenere, dolus.)
En iterum ſcribo, mittoque rogantia verba.
Altera fraus haec eſt: quodque queraris, habes.
Si noceo, [33] quod amo; fateor, ſine fine nocebo;
Teque petam: caveas tu licet ipſa peti.
Per [34] gladios alii placitas [35] rapuere puellas:
Scripta mihi caute litera crimen erit?
Dî faciant, poſſim plures imponere [36] nodos!
Ut tua ſit nulla libera [37] parte fides.
Mille doli reſtant: clivo ſudamus in imo [38].
Ardor [39] inexpertum nil ſinet eſſe meus.
Sit dubium, poſſiſne capi [40], captabere [41] certe.

Exi-

28 Scriptis a me in pomo. 29 niſi tamen amor potius id fecit, verbaque ea compoſuit. 30 ſc. tecum. mihi deſponſavi. 31 & ab Amore, qui juris amatorii eſt conſultus, callidus ſum redditus & faver. 32 ſi tamen dolus dici poteſt, tenere velle, quod ames. 33 eo, ea re. 34 armis. 35 quae placuerant. 36 ſc. tibi, ut te omnibus valide partibus ad fidem poſſim obſtringere. 37 ſine obligatione, ut non poſſis non mea fieri. 38 metaph. jam incepimus tantum te ad noſtrum amorem adducere, neque dum hic clivus a nobis eſt ſuperatus, reſtant enim tentanda plura. 39 amor meus. 40 obtineri a me. 41 ſtudebo tamen ut te obtineam.

Exitus in Dîs [42] eſt: ſed capiere [43] tamen.
Ut partem [44] effugias, non [45] omnia retia falles [46]:
Quae [47] tibi, quam credis plura tetendit Amor.
Si non proficiunt artes [48], veniemus ad arma [49],
Inque tui cupido [50] rapta ferere [51] ſinu.
Non ſum [52], qui ſoleam Paridis reprehendere factum:
Nec quemquam; qui, vir [53] poſſit ut eſſe, fuit.
Nos quoque [54]: ſed taceo. mors huius poena rapinae
[55] Ut ſit, erit quam te non habuiſſe, minor [56].
Aut eſſes [57] formoſa minus, peterere modeſte.
Audaces facie [58] cogimur eſſe tua.
Tu facis hoc [59], oculique tui; quibus ignea cedunt
Sidera; qui flammae cauſſa fuere meae.
Hoc flavi faciunt crines, & eburnea [60] cervix;
Quæq; [61], precor, veniant in mea colla manus:

Et

42 In deorum poteſtate. Di norunt amoris mei exitum. 43 ſpero tamen fore, ut capiaris. 44 retium. 45 tamen. 46 dolos tamen meos non omnes eludes. 47 retia. quorum retium plura, quam credis, amor tibi tetendit. 48 fraudes, doli. 49 vi omnia agere incipiemus. 50 in ſinu meo, qui tui ſum cupidiſſimus. 51 auferere, rapieris. 52 ſc. is, ſeu, talis. 53 qui auſus eſt aliquid virili fortitudine ac animo, ut vir poſſet eſſe, & nanciſci uxorem. 54 ſc. te rapiemus. *Apoſiopeſis.* 55 quamvis. 56 mihi tolerabilior poena. 57 deberes eſſe non tam pulcra, vel, ſi non tam eſſes formoſa. 58 pulcritudine. 59 ſc. ut audax ſim. 60 candida ut ebur. 61 quae colla mea amplectantur.

Et decor, & vultus ſine ruſticitate [62] pudentes;
  Et, Thetidi [63] quales vix rear eſſe, pedes.
Cetera ſi poſſem [64] laudare, beatior eſſem:
  Nec dubito, totum quin ſibi par [65] ſit opus.
Hac ego compulſus, non eſt mirabile, forma,
  Si pignus [66] volui vocis habere tuae.
Denique, dum [67] captam tu te cogare fateri,
  Inſidiis eſto capta puella meis.
Invidiam patiar: paſſo [68] ſua praemia [69] dentur.
  Cur ſuus a tanto crimine fructus [70] abeſt?
Heſionen [71] Telamon, Briſeïda cepit Achilles:
  Utraque victorem victa ſecuta [72] ſuum.
Quamlibet accuſes, & ſis irata licebit;
  Irata liceat dum mihi poſſe frui.
[73] Idem, qui facimus, factam tenuabimus [74] iram:
  Copia placandae ſit modo parva tui.
Ante tuos flentem liceat conſiſtere vultus:
  Et liceat lacrimis addere verba ſuis.
Utq; ſolent famuli, cum verbera ſæva verentur,
Ten-

62 Non ſubruſticum, ſed ingenuum decentem habentes pudorem. 63 fil. fuit Nerei, Achillis mater, maris Dea, ab Homero ἀργυρόπεδα adpellata, ob candidiſſimos pedes. 64 cetera membra pulcerrimi corporis tui ſi aut vidiſſem, aut contrectaſſem. 65 quin totum corpus tibi pari pulcritudine ſit conſpicuum. 66 ſi volui, ut promitteres mihi tuum amorem. 67 dummodo fatearis te captam eſſe, patiar, inſidiis meis captam te eſſe, dici. 68 ſc. mihi invidiam. 69 tu. 70 cur non capio fructum facinoris mei. 71 fil. Laomedontis. 72 ſc. eſt. 73 ipſe ego, qui facio ut iraſcaris. 74 minuemus, componemus, placabimus.

Tendere ſubmiſſas ad tua crura [75] manus.
Ignoras tua jura [76]. voca [77]. cur arguor [78] abſens?
Jamdudum dominae more [79] venire jube.
Ipſa meos ſcindas licet imperioſa capillos,
[80] Oraque ſint digitis livida facta tuis:
Omnia perpetiar: tantum fortaſſe timebo,
Corpore laedatur ne manus iſta [81] meo.
Sed neque compedibus, nec me compeſce [82] catenis:
Servabor firmo vinctus amore tui.
Cum bene ſe, quantumque volet, ſatiaverit ira;
Ipſa tibi dices, Quam patienter amat!
Ipſa tibi dices, ubi videris omnia ferre [83];
Tam bene qui ſervit, ſerviat iſte mihi.
Nunc reus infelix abſens agor [84]: & mea, cum [85] ſit
Optima, non ullo cauſſa tuente [86] perit,
Hoc quoque, quod jus [87] eſt, ſit [88] ſcriptum injuria noſtrum [89]:
Quod de me ſolo nempe queraris, habes.

Non

75 Pedes tuos conplecti modo mihi liceat ſervorum more, qui verbera timent. 76 ſc. in me, neſcis, quantum in me tibi ſit poteſtatis. 77 ſc. me, ut audias & examines cauſſam meam. 78 criminis a te accuſor. 79 quum diu domina mea ſis, etiam dominæ more me ad te venire jubeas. 80 pulſes faciem meam, et liceat. 81 tua manus, qua me pulſaris. 82 non opus eſt, ut me compedibus jubeas vinciri aut catenis adligari; nam ſatis me amor vinculis tenet & ſervat adſtrictum. 83 ſc. me. 84 reus fio, & a te adcuſor. 85 quamvis. 86 defendente. 87 quod tamen merum eſt jus. 88 injuria a te habetur. 89 verſus in pomo ſcripti, quos jure ſcripſi, amore ſc. mihi eos dictante.

Non meruit falli mecum quoque Delia. ſi non
Vis mihi promiſſum reddere, redde Deae [90].
Adſuit, & vidit, cum tu decepta rubebas:
Et vocem memori condidit [91] aure tuam.
Omina re [92] careant. nihil eſt violentius illa,
Cum ſua, quod nolim [93], numina [94] læſa videt.
(Teſtis erit Calydonis aper [95]. nam ſcimus, ut illo
Sit magis in natum [96] ſæva reperta parens [97].)
Teſtis & Actæon, quondam fera creditus illis [98];
Ipſe dedit leto cum quibus ante feras.
[99] Quaeque ſuperba parens, ſaxo per corpus [100] oborto,
Nunc quoque Mygdonia flebilis [1] exſtat humo.
Hei mihi, Cydippe! timeo tibi dicere verum;
Ne videar cauſſa [2] falſa monere mea:
Dicendum tamen eſt: hoc eſt, (mihi crede) quod aegra
Ipſo nubendi [3] tempore ſaepe jaces,
Conſulit ipſa [4] tibi; neu ſis perjura laborat:
Et ſalvam ſalva te cupit eſſe fide.

Inde

90 Dianae. 91 audivit, & mente ac memoria repoſuit. 92 praefiſcini dixerim. 93 ſc. fieri. 94 majeſtatem ſuam. 95 quem Diana irata Oeneo inmiſit ad vaſtandam Calydonem. 96 Meleagrum. 97 Althæa. 98 canibus ſuis. 99 Niobe, 100 in ſaxum mutata. 1 flens liberos ſuos; quia ſaxum, in quod mutata dicitur Niobe manare aqua adhuc dicitur. 2 propter me, mei cauſſa. 3 alii ſc. 4 dea, Diana ſc.

Inde ſit, ut, quoties exiſtere perſida tentas,
  Peccatum toties corrigat illa tuum.
Parce movere feros animoſae Virginis arcus.
  Mitis adhuc fieri [5], ſi patiare [6], poteſt.
Parce, precor, teneros corrumpere febribus artus.
  Servetur facies iſta fruenda mihi.
Serventur vultus ad noſtra incendia [7] nati:
  Quique ſubeſt niveo lætus in ore rubor.
[8] Hoſtibus e ſi quis, ne fias noſtra, repugnat;
  Sic ſit [9], ut, invalida [10] te, ſolet eſſe mihi.
Torqueor ex aequo, vel te nubente [11], vel ægra:
  Dicere nec poſſum, quid [12] minus ipſe velim.
[13] Maceror interdum, quod ſim tibi cauſſa dolendi [14]:
  Teque mea laedi calliditate [15] puto.
In caput haec noſtrum dominae perjuria [16], quaeſo,
  Eveniant: pœna tuta ſit illa [17] mea.
Ne tamen ignorem, quid agas; ad limina crebro
  Anxius huc illuc diſſimulanter [18] eo.

Sub-

5 Placari. 6 ſi tu velis. 7 amorem. 8 ſi quis ex hoſtibus, ſeu, ſi quis hoſtis, inpediat, ne poſſis mihi nubere. 9 ſc. hoſti illi, hoc eſt tam male ſit vel eveniat illi. 10 propter te aegrotantem. 11 ex aequo doleo, ſive nubas, ſive aegrotes. 12 utrum horum. 13 crucior. 14 morbi. 15 fraude. 16 quia juraſti, te futuram eſſe conjugem meam, & tamen alii es nuptura. 17 domina, Cydippe. 18 ne ea de cauſſa limina tua videar adire.

Subſequor ancillam furtim famulumve, requirens
Profuerint [19] ſomni quid tibi, quidve [20] cibi.
Me miſerum! quod non medicorum juſſa miniſtro [21],
[22] Effingoque manus, inſideoque toro.
Et rurſus miſerum! quod, me procul inde remoto,
Quem minime vellem, forſitan alter [23] adeſt.
Ille manus iſtas effingit, & adſidet aegrae,
Inviſus Superis, cum Superisque [24] mihi [25].
Dumque ſuo tentat [26] ſalientem [27] pollice venam;
Candida per [28] cauſſam brachia ſaepe tenet:
Contrectatque ſinus [29], & forſitan oſcula jungit.
Officio merces plenior [30] iſta ſuo eſt.
Quis tibi permiſit noſtras praecerpere [31] meſſes?
Ad ſepem alterius quis tibi fecit iter?

Iſte

19 An ſomnum ceperis & ex eo nunc te habeas melius. 20 an cibum ſumſeris, isque tibi profit, *wie ſie ſich auf das Eſſen befinden.* 21 praecepta medicorum exſequor. 22 demulceo. 23 qui te uxorem petit. 24 praeterquam quod ſuperis inviſus eſt, ego etiam ipſum odi. 25 *ſuperis inviſus*, quia contra fidem a te mihi datam te uxorem deſiderat. 26 *indem er dir an den Puls fühlet.* 27 quod in febribus fieri novimus. 28 hoc praetextu, ſe venam tentare. 29 pectora tua. 30 maior. iſta enim merces non perſolvitur medicis. 31 praeripere ea, quae mihi debebantur.

Iſte ſinus meus eſt: mea turpiter oſcula ſumis.
A mihi promiſſo corpore tolle manus.
Improbe, tolle manus. quam tangis, noſtra futura eſt.
Poſtmodo ſi facias iſtud[32], adulter eris.
Elige de vacuis[33], quam non ſibi vindicet[34] alter.
Si neſcis, dominum res habet iſta[35] ſuum.
Nec mihi credideris: recitetur formula[36] pacti.
Neu falſam[37] dicas eſſe; face ipſa legat.
Alterius thalamo, tibi nos, tibi dicimus, exi.
Quid facis hic? exi. non vacat[38] iſte torus,
Nam quod habes & tu humani[39] verba altera pacti;
Non erit idcirco par tua cauſſa meae.
[40]Haec mihi ſe pepigit: pater hanc tibi, primus[41] ab illa:
Sed propior certe, quam pater, ipſa ſibi eſt.
Promiſit pater hanc: hæc adjuravit[42] amanti.
Ille homines, haec eſt teſtificata[43] Deam.

[44] Hic

32 Si Cydippen fueris oſculatus, corpusque eius contrectaris. 33 ex earum puellarum numero, quae nondum aliis ſunt promiſſae. 34 dicat ſuam eſſe. 35 Cydippe mea eſt, egoque eius ſum dominus. ſimiliter nos: *dieſe Sache hat ihren Herrn.* 36 verba concepta jurisjurandi pomo inſcripta. 37 ſc. formulam. 38 adeſt jam vir, ad eum torum pertinens, nempe ego. 39 a patre facti, qui Cydippen alteri promiſerat. 40 Cydippe. 41 poſt illam. 42 juramento ſe mihi deſpondit ipſa. 43 teſtem vocavit.

[44] Hic metuit mendax, timet hæc [45] perjura vocari.
Num dubites, hic ſit major, an ille metus?
Denique, ut amborum conferre [46] pericula poſſis,
Reſpice ad eventus: hæc cubat, ille valet.
[47] Nos quoque diſſimili certamina mente ſubimus.
Nec ſpes par nobis, nec timor æquus adeſt.
Tu petis ex tuto: gravior mihi morte repulſa eſt:
Idque ego jam, quod tu forſan amabis, amo.
Si tibi juſtitiae, ſi recti cura fuiſſet;
Cedere debueras ignibus ipſe meis.
Nunc quoniam ferus hic pro cauſſa pugnat iniqua;
Ad quid, Cydippe, litera noſtra redit?
Hic facit, ut jaceas, & ſis ſuſpecta Dianae.
Hunc tu, ſi ſapias, limen [48] adire vetes.
Hoc faciente [49] ſubis tam ſaeva pericula vitae.
Atque utinam pro te, qui movet [50] illa, cadat [51]!
Quem ſi reppuleris, nec, quem Dea damnat [52], amaris;
Et tu continuo [53], certe ego, ſalvus ero.

Siſte

44 Pater. 45 Cydippe. 46 comparare. 47 tu & ego. 48 domum tuam. 49 hujus cauſſa. 50 cauſſa eorum eſt. 51 pereat. 52 Diana averſatur. 53 ſc, eris ſalva & a morbo liberata.

Siſte metum, virgo, ſtabili [54] potiere ſalute.
Fac modo polliciti conſcia templa [55] colas.
Nec bove mactato cœleſtia numina gaudent;
Sed, quae praeſtanda eſt & ſine teſte [56], fide.
Ut valeant aliae, ferrum patiantur & ignes:
Fert aliis triſtem ſuccus amarus opem.
Nil opus eſt iſtis; tantum perjuria vita:
Teque ſimul ſerva, meque, datamque fidem.
Praeteritae veniam dabit ignorantia [57] culpae:
Exciderint animo fœdera lecta [58] tuo.
Admonita es modo voce mea, modo [59] caſſibus iſtis;
Quos, quoties tentas fallere, ferre ſoles.
His quoque vitatis, in partu nempe rogabis,
Ut tibi luciferas offerat illa [60] manus.
Audiet [61], &, repetens quae ſint audita, requiret
Ipſa, tibi de quo conjuge partus [62] eat.
Promittes votum; ſcit [63] te promittere falſo.
Jurabis; ſcit te fallere poſſe Deos [64].
Non agitur de me: cura majore laboro.

54 Sanitatem ſtabilem recuperabis. 55 Dianae templum quod conſcium eſt promiſſi a te mihi facti. 56 licet vel maxime nullus adfuerit fidei datae teſtis. 57 qua neſciſti ante, te laeſiſſe Dianam. 58 promiſſum mihi matrimonium. 59 aegritudine a Diana tibi inmiſſa. 60 Diana, ut te in partu adjuvet. 61 te rogantem. 62 quæret, ex quo conjuge gravida fueris facta. 63 ſc. Diana 64 quia ſemel Dianam fefelleris.

Anxia ſunt vitae [65] pectora noſtra tuae.
Cur modo te dubiam [66] pavidi flevere parentes,
Ignaros culpae quos facis [67] eſſe tuae ?
Et cur ignorent ? matri licet omnia narres.
Nil tua, Cydippe, facta ruboris habent.
Ordine fac referas, ut [68] ſis mihi cognita primum,
Sacra pharetratae dum facis ipſa Deae [69].
Ut, te conſpecta, ſubito (ſi forte notaſti)
[70] Reſtiterim fixis in tua membra genis [71].
Ut, te dum nimium miror, (nota certa furoris [72])
Deciderint humero pallia lapſa meo.
Poſtmodo neſcio qua [73] veniſſe volubile [74] malum,
Verba ferens doctis [75] inſidioſa notis.
Quod quia ſit lectum ſancta praeſente Diana,
Eſſe tuam vinctam, nomine teſte, fidem.
Ne tamen ignoret [76], quae ſit ſententia ſcripto;
Lecta tibi quondam nunc quoque verba refer [77].

Nube,

65 Vitae tuae cauſſa. 66 in mortis periculo conſtitutam. 67 quibus cauſſam morbi tui non aperis. 68 quo modo. 69 dum ſacra Dianae faceres. 70 conſtiterim. 71 oculis. 72 amoris vehementioris. 73 aliqua templi parte. 74 pomum rotundum & quod volutari poterat. 75 ingenioſe ſcriptis litteris. 76 ſc. mater tua. 77 ei repete.

Nube,precor,dicet,[78] cui te bona numina jungunt:
Quem fore juraſti, ſit gener ille mihi.
Quisquis is eſt, placeat; quoniam placet ante Dianae.
Talis erit mater, ſi modo mater [79] erit.
[80] Sic tamen & quaerat, qui ſim quantusque, jubeto:
Inveniet vobis [81] conſuluiſſe Deam.
Inſula Coryciis [82] quondam celeberrima Nymphis
Cingitur Aegeo, nomine Cea, mari.
Illa mihi patria eſt. nec,ſi generoſa probaris
Nomina, deſpectis arguor ortus avis.
Sunt & opes nobis: ſunt & ſine crimine mores:
Amplius utque [83] nihil, me tibi jungit amor.
Adpeteres talem vel non jurata maritum;
Jurata [84] vel non talis habendus erat.
Haec tibi me in ſomnis jaculatrix ſcribere Phœbe [85],
Haec tibi me vigilem ſcribere juſſit Amor.
E quibus alterius [86] mihi jam nocuere ſagittæ:
Alterius [87] noceant ne tibi tela, cave.

Jun-

78 ei, cui. 79 ſi modo te, ut mater, amabit. 80 jube, ut quaerat etiam, qui quantusque ſim. 81 vobis maritum te dignum providiſſe. 82 a Corycio antro, quod erat in Parnaſſo Muſis ſacrum. 83 quamvis nihil tibi me jungat amplius, ſatis erat, amorem me tibi jungere. 84 etiam ſi non juraris. 85 Diana. 86 Amoris. 87 ſc. Dianae.

Juncta ſalus [88] noſtra eſt: miſerere meiq; tuiq;,
Quid dubitas unam ferre duobus opem?
Quod ſi contigerit [89], cum jam data ſigna [90] ſonabunt,
Tinctaq; votivo ſanguine Delos [91] erit;
[92] Aurea ponetur [93] mali felicis imago,
Cauſſaque [94] verſiculis ſcripta duobus erit:
Effigie pomi teſtatur Acontius hujus,
Quae fuerint in eo ſcripta, fuiſſe rata [95].
Longior infirmum ne laſſet epiſtola corpus [96],
Clauſaque conſueto [97] ſit ſibi fine; vale.

88 Mea vita conjuncta eſt cum tua. 89 ut opem utrique noſtrum feras. 90 quum tubae ſonu ad ſacrificia vocati homines fuerint. 91 ubi Diana colebatur, quum Dianae in Delo ſacrificatum fuerit. 92 malum aureum, *periphraſi.* 93 deponetur in templo Dianae. 94 quare ſit depoſitum. 95 facta eſſe. 96 te aegram. 97 exitu conſueto concludatur.

EPISTOLA XXI.

CYDIPPE ACONTIO.

ARGUMENTUM.

Quum accepiſſet Cydippe, hanc ſibi febrem Dianae indignatione contigiſſe, in Acontii vota contra paternam voluntatem condeſcendere maluit, quam diutius torqueri. In primis reſpondet, ſe non auſam fuiſſe epiſtolam ſuam clara voce exprimere, ne, ut in pomo, iterum iuraret. Deinde narrando, qualiter inſidioſum illud pomum acceperit, in ipſum Acontium invehitur.

Perti-

Pertimui, ſcriptumque tuum ſine murmure [2] legi
Juraret ne quos inſcia lingua Deos.
Et, puto, captaſſes [3] iterum: niſi, ut ipſe fateris,
Promiſſam ſcires me ſatis eſſe ſemel.
Nec lectura fui [4]: ſed, ſi tibi dura fuiſſem,
Aucta foret ſaeva forſitan ira Deae [5].
Omnia cum faciam, cum dem pia tura Dianae;
Illa tamen juſta plus tibi parte [6] favet.
Utque cupis credi [7], memori te [8] vindicat ira,
Talis in Hippolyto [9] vix fuit illa ſuo.
At melius Virgo faviſſet virginis annis [10];
[11] Quos vereor paucos ne velit eſſe mihi.
Languor enim, cauſſis non [12] adparentibus, haeret [13].
Adjuvor & nulla feſſa [14] medentis ope.
Quam tibi nunc gracilem vix haec reſcribere, quamque
Pallida vix cubito membra levare putas?

Huc

2 Ita, ut verba non pronuntiarem. 3 ſtuduiſſes iterum me decipere. 4 ſc. epiſtolam tuam. 5 Dianae. 6 plus aequo tibi favet. 7 ut mihi perſuadere vis. 8 tuum amorem vindicat morbo mihi inmiſſo. 9 erga Hippolytum ſuum, quem ab equis diſtractum ope Aeſculapii in vitam reſtituit. 10 mihi meisque annis teneris. 11 vereor, ne velit me vivere per paucos annos. 12 ita, ut eius cauſſa non poſſit ſciri. 13 pergit me fatigare. 14 adflicta & exhauſta febri.

Huc timor accedit,ne quis,niſi conſcia nutrix,
[15] Colloquii nobis ſentiat eſſe vices.
Ante fores ſedet haec [16]: quid agamque rogantibus [17] intus,
Ut poſſim tuto ſcribere, Dormit, ait.
Mox ubi, ſecreti [18] longi cauſſa optima,ſomnus
Credibilis tarda deſinit eſſe mora,
Jamque venire videt, quos non admittere durum [19] eſt;
[20] Exſcreat; & ficta dat mihi ſigna nota [21],
Sicut eram, properans verba imperfecta [22] relinquo:
Et tegitur trepido litera cauta [23] ſinu.
Inde meos digitos iterum repetita [24] fatigat.
Quantus ſit nobis, adſpicis ipſe, labor.
[25] Qua peream, ſi dignus [26] eras,ut vera loquamur:
Sed melior juſto, quamque mereris, ego.
Ergo te propter toties incerta ſalutis
Commentis pœnas doque dedique tuis?
Haec nobis formae te laudatore ſuperbae
Contingit merces? & placuiſſe nocet?
Si tibi deformis,quod mallem,viſa fuiſſem;
Culpatum nulla corpus egeret ope.

Nunc

15 Litterarum commercium inter nos eſſe. 16 ſc. nutrix. 17 interrogantibus,quid intus agam. 18 rei ſecreto loco agendae, ſcribendae ad te epiſtolae. 19 non licet non admittere. 20 ſcreatione ſignum mihi dat. 21 ficta ſcreatione. 22 non plene ſcripta. 23 cui ſollicite caveo, ne videatur. 24 reſumta. 25 littera. 26 ſi mereris.

Nunc laudata gemo: nunc me certamine [27] veſtro
Proditis; & proprio vulneror ipſa bono [28].
Dum neque tu cedis, nec ſe putat ille ſecundum;
Tu votis obſtas illius, ille tuis.
Ipſa, velut navis, jactor; quam certus in altum
Propellit Boreas, aeſtus [29] & vnda refert [30].
Cumque dies caris optata [31] parentibus inſtat,
Immodicus pariter corporis [32] ardor ineſt [33]:
Et mihi conjugii tempus crudelis ad [34] ipſum
[35] Perſephone noſtras pulſat acerba [36] fores.
Jam pudet: & timeo, quamvis mihi conſcia non ſim,
[37] Offenſos videar ne meruiſſe Deos.
Accidere hoc aliquis caſu contendit: & alter
[38] Acceptum Superis hunc negat eſſe virum.
Neve nihil credas in [39] te quoq; dicere famam,
Facta veneficiis pars [40] putat iſta [41] tuis.
Cauſſa latet: mala noſtra patent. vos pace movetis

Aſpe-

27 Dum tu alterque de me certatis. 28 pulcritudine mea taedor. 29 undae recurſus. 30 repellit. 31 quem parentes nuptiis meis deſtinarunt. 32 febris ardor me adfligit eodem tempore. 33 ſcil. mihi, meo corpori. 34 ipſo conjugii tempore. 35 Proſerpina, inferorum Regina. 36 nos dicimus noſtro ſermone: *der Todt klopfft bey mir an.* 37 ne videar merita eſſe, ut dii mihi iraſcerentur. 38 gratum maritum, cui nuptiae parantur. 39 contra te. 40 ſc. hominum, nonnulli homines. 41 morbum meum.

Aſpera ſubmota proelia: plector [42] ego.
Dicam nunc, ſolitoque tibi me decipe more:
Quid facies odio, ſic ubi amore noces?
Si laedis, quod amas, hoſtem ſapienter [43] amabis.
Me, precor, ut ſerves, perdere [44] velle velis.
Aut tibi jam nulla eſt ſperatae cura puellae,
Quam ferus indigna tabe [45] perire ſinis;
Aut Dea ſi fruſtra pro me tibi ſaeva rogatur,
Quid mihi te jactas? gratia [46] nulla tua eſt.
Elige quid fingas. [47] non vis placare Dianam;
Immemor es noſtri [48]; non potes [49]; illa tui eſt [50].
Vel numquam mallem, vel non mihi tempore in illo
Eſſet in Aegaeis cognita Delos aquis.
Tunc mea difficili deducta eſt aequore navis,
Et fuit ad coeptas hora ſiniſtra vias.

Quo

42 Ego adfligor a Diana. 43 amabis hoſtem eumque non laedes. 44 fac me velis perdere, ſic enim ſervabis, nam hoſtem non ſoles laedere, ſed tamen id laedis, quod amas. 45 febri, qua non digna ſum adfligi. 46 nullum tuum eſt apud me meritum, quare gratioſus mihi eſſe & placere poſſis. 47 aut non vis placare mihi Dianam, ergo mei es inmemor; aut non potes eam placare; ergo illa eſt inmemor tui. 48 ſi fingas, te non velle placare Dianam, es mei incurius. 49 ſc. placare Dianam. Si fingas placare te non poſſe Dianam, conſequens erit, ut illa te non ita curet, ac tu quidem dicis. 50 ſc. inmemor.

Quo pede proceſſi! quo me pede limine [51] movi!
  Picta citae tetigi quo pede texta ratis [52]!
Bis tamen adverſo redierunt [53] carbaſa vento.
  Mentior ah demens! ille [54] ſecundus erat.
Ille ſecundus erat, qui me referebat euntem;
  Quique parum felix impediebat iter.
Atque utinam conſtans contra mea vela fuiſſet!
  Sed ſtultum eſt venti de levitate [55] queri.
Mota loci fama properabam viſere Delon;
  Et facere ignava [56] puppe videbar iter.
Quam ſæpe, ut tardis, feci convicia remis;
  Queſtaque ſum vento lintea parca [57] dari!
Et jam transieram Myconon, jam Tenon, & Andron:
  Inque meis oculis candida Delos erat.
Quam procul ut vidi, Quid me fugis, inſula, dixi?
  [58] Laberis in magno numquid, ut ante, mari?

Inſti-

[51] Limine egreſſa ſum. [52] navis. [53] retro ſunt acta. navis adverſum tenente vento repulſa eſt. [54] ſc. ventus. [55] inconſtantia, quia vento nihil eſt mutabilius. [56] videbar mihi non cito ſatis navigare. indicat cupiditatem navigandi. [57] non plena permitti. [58] fluctuasne, nec perſiſtis uno loco.

Inſtiteram terrae, cum jam, prope luce peracta,
Demere purpureis Sol juga vellet equis:
[59] Quos idem ſolitos poſtquam revocavit ad ortus,
Comuntur noſtrae, matre jubente, comae.
Ipſa dedit gemmas digitis, & crinibus aurum:
Et veſtes humeris induit ipſa meis.
Protinus egreſſae Superis, quibus inſula ſacra eſt,
Flava ſalutatis [60] tura merumque damus.
Dumque parens aras votivo [61] ſanguine tinguit,
[62] Feſtaque fumoſis ingerit exta focis;
Sedula me nutrix alias quoque ducit in aedes [63],
Erramusque vago per loca ſacra pede.
Et modo porticibus ſpatior, modo munera regum
Miror: & in cunctis ſtantia ſigna [64] locis.
Miror & innumeris ſtructam de cornibus aram [65],

Et

[59] Sc. equos. [60] ſc. ſuperis. [61] hoſtia votiva mactata. [62] ſollemnia, quae diebus feſtis obſerrentur. [63] templa alia. [64] ſtatuas deorum erectas. [65] Dianae ſacram, cervorum ac aliarum ferarum cornibus conſtructam, ob venationem, cui dea dedita erat.

Et de qua pariens arbore [66] nixa [67] Dea eſt.
Et quae praeterea (neque enim meminive, libetve,
Quidquid ibi vidi, dicere) Delos habet.
Forſitan haec ſpectans, a te ſpectabar, Aconti;
Viſaque ſimplicitas eſt mea poſſe capi [68].
In templum redeo, gradibus ſublime, Dianae.
Tutior hoc ecquis debuit eſſe locus?
[69] Mittitur ante pedes malum, cum carmine tali.
Hei mihi! juravi nunc quoque pene tibi [70].
Suſtulit hoc nutrix, mirataque, Perlege, dixit.
[71] Inſidias legi, magne poëta, tuas.
Nomine conjugii dicto, confuſa pudore
Senſi me totis erubuiſſe genis:
[72] Luminaque in gremio, veluti defixa, tenebam;

Lu-

66 Palmae & olivae. 67 cui innixa fuit Latona pariens Apollinem ac Dianam. 68 ego ſimplex tibi viſa ſum poſſe ad amorem tuum perduci ac decipi. 69 projicitur. 70 paene repetii illud carmen & ſic nunc quoque tibi prope juravi. 71 verba inſidioſa, poma inſcripta. 72 oculos.

Lumina propoſiti facta miniſtra [73] tui.
Improbe, quid gaudes? aut quae tibi gloria parta eſt?
Quidve vir eluſa virgine laudis habes?
Non ego conſtiteram ſumta peltata ſecuri;
Qualis in Iliaco Pentheſilea [74] ſolo.
Nullus Amazonio caelatus balteus auro.
Sicut ab Hippolyte [75], praeda relata tibi eſt.
Verba, quid exultas, tua ſi mihi verba [76] dederunt;
Sumque parum prudens capta puella dolis?
Cydippe pomum, pomum Schoeneïda [77] cepit.
Tu nunc Hippomenes, ſcilicet, alter eris.
At fuerat melius, (ſi te puer iſte tenebat [78],
Quem tu neſcio quas dicis habere faces,)

79 Mo-

73 Quorum ope factum eſt, quod tu voluiſti, i. e. lecti ſunt verſus pomo inſcripti. 74 Amazonum regina, quae Amazonas ad Troianum bellum duxit, ac ab Achille eſt interfecta. 75 Amazone, cui Hercules balteum detraxit. 76 me deceperunt. 77 Atalantam fil. Schoenei. Ea enim quum procos curſus certamine provocaret, victa fuit ab Hippomene objectis pomis aureis a Venere acceptis. 78 Amor, Cupido, ſi te captum tenebat.

[79] More bonis ſolito ſpem non corrumpere fraude [80].
Exoranda tibi, non capienda fui.
Cur, me cum peteres, ea non profitenda putabas,
Propter quae nobis ipſe petendus eras?
Cogere cur potius, quam perſuadere, volebas,
Si poteram audita conditione [81] capi?
Quid tibi nunc prodeſt jurandi formula juris [82],
Linguaque praeſentem teſtificata Deam?
Quae jurat, mens [83] eſt: nil conjuravimus illa [84].
[85] Illa fidem dictis addere ſola poteſt.
Conſilium prudensque animi ſententia jurat,
Et niſi judicii [86] vincula nulla valent.
[87] Si tibi conjugium volui promittere noſtrum;
Exige polliciti debita jura tori:

Sed

79 Ea ratione, qua boni ſolent ac debent. 80 fallaci pomo. 81 auditis cauſſis. 82 jurisjurandi. 83 mens in jurejurando debet reſpici. 84 mente non juravi. 85 mens. 86 ſi judicio & voluntate non juratum fuerit, ſed temere & inprudenter, juramentum non obligat. 87 ſi volui tibi uxor eſſe, quod tamen factum non eſt.

Sed ſi nil dedimus, praeter ſine pectore [88] vocem;
Verba ſuis fruſtra viribus [89] orba tenes.
Non ego juravi: legi jurantia verba.
Vir mihi non iſto more legendus eras.
Decipe ſic alias: ſuccedat epiſtola pomo.
Si valet hoc; magnas divitis aufer opes.
Fac, jurent Reges ſua ſe tibi regna daturos;
Sitque tuum, toto quidquid in orbe placet.
Major es hac ipſa multo (mihi crede) Diana,
Si tua tam præſens litera [90] numen habet.
[91] Cum tamen haec dixi, cum me tibi firma [92] negavi,
Cum bene promiſſi cauſſa [93] peracta mei eſt;
Confiteor, timeo ſaevae Latoïdos [94] iram:
Et corpus laedi [95] ſuſpicor inde meum.
Nam quare, quoties ſocialia ſacra parantur,
Nupturae toties languida membra cadunt?

Ter

---

88 Verba ſine voluntate & mentis judicio prolata. 89 irrita ſunt verba, quibus tu niteris. 90 tantam vim & potentiam. 91 poſtquam. 92 quum conſtanter negavi, me tibi uxorem fore. 93 lis de promiſſione & jurejurando meo. 94 Dianae, Latonae fil. 95 morbo affligi.

Ter mihi jam veniens poſitas Hymenaeus ad aras
Fugit; & e thalami limine terga dedit.
Vixque manu pigra toties infuſa [96] reſurgunt
Lumina: vix moto [97] corripit igne faces.
Saepe coronatis ſtillant unguenta capillis,
Et trahitur multo ſplendida palla croco.
Cum tetigit limen, lacrimas mortisque timorem
Cernit; & a cultu multa [98] remota ſuo.
Projicit ipſe ſuas deducta fronte coronas,
[99] Spiſſaque de nitidis tergit amoma comis.
Et pudet in triſti laetum conſurgere turba:
Quique erat in palla, tranſit in ora rubor.
At mihi (vae miſeræ!) torrentur febribus artus:
Et gravius juſto pallia [100] pondus habent.
Noſtraque plorantes video ſuper ora parentes:
Et, face pro thalami, fax mihi mortis adeſt.
Parce laboranti, picta Dea laeta pharetra [1];

Da-

96 Accenſa toties, ut accendentium manus laſſata ſit. 97 motae faces. *Hypallage.* 98 multa cernit, quae abhorrent a cultu nuptiarum, hoc eſt, omnia circa me decumbentem triſtia. 99 coronas ex amomi ſpiſſo flore factas. 100 a me gerenda mihi juſto graviora ſunt, utpote febri paene conſumtae. 1 Diana.

Daque ſalutiferam [2] jam mihi fratris [3] opem.
Turpe tibi eſt, illum cauſſas depellere leti [4];
Te contra titulum [5] mortis habere meae.
[6] Numquid, in umbroſo cum velles fonte lavari,
Imprudens vultus ad tua labra tuli?
[7] Praeteriine tuas de tot coeleſtibus aras?
Atq; tua [8] eſt noſtra ſpreta parente parens?
Nil ego peccavi, niſi quod perjuria legi;
Inque parum fauſto carmine docta [9] fui.
Tu quoque pro nobis, ſi non mentiris amorem,
Tura feras. proſint, quae nocuere [10], manus.
Cur, quae ſuccenſet [11], quod adhuc tibi pacta puella
Non tua ſit, fieri ne tua poſſit, agit [12]?
Omnia de viva [13] tibi ſunt ſperanda. quid aufert
Saeva mihi vitam, ſpem tibi Diva [14] mei?
Nec tu credideris illum, cui deſtinor uxor,
Aegra ſuperpoſita membra fovere manu.

Adſi-

2 Medicam. 3 Apollinis. fac ut convaleſcam ope medica. 4 morbis mederi. 5 te cauſſam eſſe meae mortis. 6 num te inprudens adſpexi lavantem, ut Actaeon? 7 an inprudens neglexi tibi ſacrificare cum ceteris diis, ut Oeneus fecit, de quo ſupra. 8 Latona. quam ſprevit Niobe, ipſi ſe ob foecunditatem praeferens. 9 legi carmen pomo inſcriptum. 10 ſc. mihi, cujus cauſſa pomo inſcripſiſti verſus, quos legi. 11 Diana. 12 in cauſſa eſt, dum noſtrum conjugium inmiſſo mihi febris morbo moratur. 13 me ſc. ſi vivo, bonam de me futura tibi conjuge ſpem poteris habere. 14 Diana.

Adſidet ille quidem, quantum permittitur ipſi:
[15] Sed meminit noſtrum virginis eſſe torum.
Jam quoque neſcio quid de me ſenſiſſe videtur.
Nam lacrimae cauſſa ſæpe latente cadunt [16].
Et minus audacter blanditur, & oſcula rara
Accipit, & timido me vocat ore ſuam.
Nec miror ſenſiſſe, notis cum prodar apertis.
In dextrum verſor, cum venit ille, latus.
Nec loquor, & tecto [17] ſimulatur lumine ſomnus;
[18] Captantem tactus rejicioque manum.
Ingemit, & tacito ſuſpirat pectore: meque
Offenſam, quamvis non mereatur, habet [19].
Hei mihi, quod gaudes, & te juvat iſta voluptas!
Hei mihi, quod ſenſus [20] ſum tibi faſſa meos!
Si mihi lingua foret [21]; tu noſtra juſtius ira,
Qui mihi tendebas retia, dignus eras.
Scribis, ut invalidum liceat tibi viſere corpus [22].
Es procul a nobis: & tamen inde [23] noces.
Mirabar, quare tibi nomen Acontius eſſet:
Quod faciat longe vulnus, acumen [24] habes.

Certe

---

15 Sed cogitat, *er beſcheidet ſich wohl*, me virginem eſſe, nec laedendam meam pudicitiam. 16 ſc. ex ejus oculis. 17 clauſis oculis. 18 volentem me tangere. 19 ſentit, putat. 20 quod ſc. ab amore tuo non abhorream. 21 ſi dicendum mihi ſit, quod res eſt. 22 me aegrotantem. 23 e longinquo. 24 ideo vocaris Acontius, quia etiam e longinquo ſoles vulnerare. Ακόντιον *jaculum* eſt.

Certe ego convalui nondum de vulnere tali;
Ut jaculo, ſcriptis eminus icta tuis.
[25] Quid tamen huc venias? anne ut miſerabile corpus,
Ingenii videas bina [26] tropæa tui.
[27] Concidimus macie; color eſt ſine ſanguine [28]: qualem
In pomo refero [29] mente fuiſſe tuo.
Candida nec mixto ſublucent ora rubore.
Forma novi [30] talis marmoris eſſe ſolet.
[31] Argenti color eſt inter convivia talis,
Quod tactum gelidae frigore pallet aquae.
Si me nunc videas, viſam prius eſſe negabis [32].
Arte nec eſt, dices, iſta [33] petenda mea:
Promiſſique fidem, ne ſim tibi juncta, remittes;
Et cupies illud [34] non meminiſſe Deam.
Forſitan & facies, jurem ut contraria [35] rurſus;
Quæque legam, mittes altera verba mihi.
Sed tamen adſpiceres vellem, prout ipſe rogabas,
Et diſcas [36] ſponſae languida membra tuae.

Du-

[25] Quare, propter quid? [26] quod decepiſti me primum, deinde, quod aegra tui cauſſa jaceo. [27] admodum macilenta & febri conſumta ſum. *ich bin gantz verfallen.* [28] pallida ſum. [29] memini. [30] nuper elaborati, i. e. pallida. [31] poculorum & vaſ. argenteorum, quae in conuiuiis adponuntur. [32] dices, te antea me non vidiſſe, non noveris amplius. [33] tam deformis, ut nunc eſt. [34] ſc. promiſſum. [35] me ſc. nolle uxorem tibi eſſe. [36] ſpectes,

Durius & ferro cum ſit tibi pectus, Aconti;
Tu veniam noſtris vocibus [37] ipſe petas.
Ne tamen ignores, ope qua revaleſcere poſſim,
Quaeritur a Delphis fata canente Deo [38].
[39] Is quoque neſcio quam, nunc ut vaga fama ſuſurrat,
[40] Neglectam queritur teſtis habere fidem.
Hoc Deus & vates, hoc & mea carmina [41] dicunt.
At deſunt voto carmina [42] nulla tuo.
Unde tibi favor hic? niſi quod nova forte reperta eſt,
Quae capiat [43] magnos litera lecta Deos.
Teque tenente [44] Deos, numen ſequor ipſa Deorum:
[45] Doque libens victas in tua vota manus.
Faſſaque ſum matri deceptae fœdera linguæ [46],
[47] Lumina fixa tenens, plena pudoris, humo.

Ce-

37 Verbis. 38 ab Apolline & ejus oraculo Delphico quaeſitum eſt, quo pacto poſſim convaleſcere. 39 ſc. Deus, Apollo. 40 queritur, ſuum teſtimonium apud parentes meos fidem non habere. 41 oraculi reſponſum de me datum. 42 oraculum tibi favet. 43 moveat. 44 propitios habente. 45 voluntati me tuae Deorumque tam tibi propitiorum permitto. 46 me promiſiſſe tibi conjugium, matri meae aperui. 47 oculis in terram defixis, quod pudoris eſt ſignum.

Cetera [48] cura tua eſt. plus hoc quoque virgine [49] factum,
Non timuit tecum quod mea charta [50] loqui.
Jam ſatis invalidos calamo laſſavimus artus,
Et manus officium longius aegra negat [51].
[52] Quid, niſi, quod cupio me jam conjungere tecum,
Reſtat, ut adſcribat litera noſtra? Vale.

---

48 Cetera tu conficies tua cura, cui omnia relinquo. 49 plus quam decebat virginem. 50 quod per litteras auſa ſum tecum colloqui. 51 mihi deneget ſuam operam, non amplius poſſum ſcribere. 52 quid reſtat igitur, i. e. nihil, niſi, ut adjiciam adhuc, me cupere tecum conjungi & uxor tibi fieri.

INDEX

INDEX
EPISTOLARUM.

I. PENELOPE ULIXI.
II. PHYLLIS DEMOPHOONTI.
III. BRISEIS ACHILLI.
IV. PHÆDRA HIPPOLYTO.
V. OENONE PARIDI.
VI. HYPSIPYLE IASONI.
VII. DIDO ÆNEÆ.
VIII. HERMIONE ORESTÆ.
IX. DEIANIRA HERCULI.
X. ARIADNE THESEO.
XI. CANACE MACAREO.
XII. MEDEA IASONI.
XIII. LAODAMIA PROTESILAO.
XIV. HYPERMNESTRA LYNCEO.
XV. SAPPHO PHAONI.
XVI. PARIS HELENÆ.
XVII. HELENA PARIDI.
XVIII. LEANDER HERONI.
XIX. HERO LEANDRO.
XX. ACONTIUS CYDIPPÆ.
XXI. CYDIPPE ACONTIO.

INDEX

INDEX

Rerum & verborum in Heroidum Epiſtolis contentorum.

A

Abdicare IV, 128
Abiit corpus, III, 141
Abſyrtus Medeae frater VI, 129
Abydenus Leander XVIII, 1
Abydos ibid. 12
Acerba gemere VIII, 107
Achaia, *Graecia* XVI, 185. XVII, 209
Achaiad. matres III, 71
Achelous fl. IX, 139
Achille, III, 25, 137
Achiva caſtra I, 21
Acontius quid notet XXI, 209
Actaeae naves, *Athenienſes*, II, 6
Actaei ignes XVIII, 42
Actaeonis fabula XX, 103
Actiacum templum XV, 165
Adducit macies artus XI, 27
Admiſſi equi I, 36
Adolere XVI, 133
Adoleſſe VI, 11
Adplicari in terras XVI, 126
Aeacida III, 87
Aeetes VI, 50
Aeetine VI, 103
Aegaeus X, 131
Aegides IV, 59
Aegyſthus VII, 53
Aeolus X, 66
Aerops XVI, 106
Aeſonides VI, 25, & 103. XII, 16
Aetas fortior *vid, fortior.*
Aetna XV, 11
Aetolis IX, 131
Agamemnon III, 38
Agere heredem II, 78
Agmen XVI, 183
Agor reus XX, 91
Agrios IX, 153
Ahenipes VI, 32
Albens oliva XI, 67

Alcæus

Alcæus XV, 29
Alcides
Alcimede VI, 105
Alcmena IX, 43
Alecto II, 119
Alii, *ſecunda brevi, vulgus producit.* V, 59
Alta verba IV, 150
Altaria fumane I, 25
Alternare VI, 38
Althea IX 156
Amazonius vir, IV, 2
Ambage remiſſa VII, 147
Ambracias urbs Epyri XV, 164
Amomum XXI, 166
Amor & pudor oppoſita XIX, 173
Amyclae, æus, VIII, 71
Amymone
Amyntor III, 27
Ancora II, 4
Androgeos X, 98
Andromache V, 107
Andromede XV, 36
Anna, VII, 191
Anni molles, vid. *Molles.*
Annua nox XI, 29
Antaeus IX, 71
Antenor V, 95
Antilochus I, 15
Antinous I, 92
Aperire jugulum, VIII, 53
Apollo medicinae deus XXI, 174
Aquae inſanae I, 6
Aquilo XI, 13. XVI, 343
Ara dianae cornibus exſtructa XXI, 99
Ara & portus, *auxilium* I, 110
Arabus ros XV, 76
Arare littora V, 116
Arbiter IX, 45
Arctos XVIII, 149
Arcus, IV, 39
Ardere IV, 99
Area, ſpatium I, 72
Arenae ſemina mandare V, 115
Argi, XIV, 28, 34
Argolici duces I, 25
Argolis VI, 81
Ariadne VI, 115
Aries pellem auream habens XVIII, 144
Ariſtae XIV, 39
Ars fit IV, 25
Ars, dolus XXI, 222
Atalanta, vid. Schœn.
Athenae doctae II, 83
Atlas IX, 18
Atrax urbs XVII, 248
Atreus VIII, 27
Atrides V, 101
quid Attinet dicere XII, 208
Attonare IV, 50
Audibam, XIV, 56
Averſa in ora jacere XII, 63
Auge IX, 49
Avibus ſiniſtris II, 115
- - variis XV, 37

Avido igne. IV, 15.
Avis viridis, pſittacus. XV, 38
Aulis XIII, 3
Aureo, *duab. ſyllab.* XII, 201
Axis, currus IV, 160

B.

BAccha X, 48
Bacchus. XIII, 33
Balteus XXI, 119
Barbaricus III, 2
Barbitos XV, 8
Belides VII, 68
Bella tument VII, 121
Bimembres II, 71
Biſtonis XVI, 344
Biſtonius II, 90
Brevis Sappho XV, 33
Briſeis III, 1
Buſiris IX, 69

C.

CAdere I, 17. IV, 172
Cadit ſpes IX, 42
Cæa inſula XX, 223
Caeca regio II, 72
Caecum vulnus IV, 20
Caelebs lectus XIII, 107
Calathus IX, 73
Calchas XVII, 240
Caliſto XVIII, 153
Calor, *amor,* XIX, 173
Calydonius aper XX, 101
Candor IV, 32
Cavere V, 113
Canet aqua V, 54
Canor lyrae Phœb. XVI, 180
Cantata, *incant.* VI, 84
Cantus, *incantat.* XII, 167
Capere III, 123
Capiſtratus II, 80
Captare VIII, 93
Carbaſus XXI, 71
Carceres XVIII, 166
Carina II, 46
Carmina, *oracul.* XXI, 235
Caſtor & Pollux VIII, 68
Caſtra VI, 52
Catena IV, 135
Cecrops, X, 100
Celatur gravida in alvo. VI, 61
Celaeno XIX, 135
Centauri IX, 100
Cephalus XV, 87
Ceratus V, 42
Cerberus IX, 94
Ceyx XVIII, 81
Chalciope XII, 62. XVII, 132
Chelys XV, 181
Cibus creſcit in ore XVI, 226
in Cinerem verſa Troja. I, 24
Cinnama. XV, 333
Cinyra creatus IV, 97

Cita aura V, 67
Claſſe petere I, 5
Claſſem inpellere remige III, 153
Clivo in imo ſudare. XX, 41
Coeleſte, abl. XVI, 277
Cogitat male VII, 29
Cohibere lacertos auro. IX, 59
Coierunt cornua lunae. II, 3
Colcha manus XVI, 346
Colchi XII, 1
Coli IV, 75
Colla inplicare laqueo II, 142
Colloquii vices XXI, 18
Colus III, 76
Coma, frondes XV, 144
Comas tonſas ferre in ſepulcra XI, 116
Cominus XVI, 361
Commentum, dolus XXI, 52
Comminui III, 134
Commiſſa dextra dextrae, II, 31
Commoditas, XVI, 310
Comprimere I, 102
Concava ſaxa X, 22
Concutit metus oſſa III, 82
Condere lumina X, 120
Confundor XVIII, 129
Conſerere lateri latus II, 58
Conſita populus V, 25
Conſumere terras, VI, 160
Contigit ſcelus aures, III, 59
Contrectare ſinus XXI, 141
Convellere pectus XVII, 11
Convenire V, 77
Convicia facere. XVIII, 211
Cor dolet VI, 76
Cor, *Syllab. brev.* XV, 79
Corinthus XII, 104
Corneus IV, 83
Corona clara, Ariadnes fidus XVIII, 151
Corpora capta 36
Corpus abiit III, 142
Coryciae XX, 222
Creon XII, 26
Crepuſculum XIV, 21
Creſcit cibus in ore XVI, 226
Oreſſa II, 76
Creſſia regna XVI, 299
Creuſa XII, 25
Cubilia ſociare cum aliqua. III, 109
Cupidus III, 26
Cura novata eſt, I, 29
Currere XVIII, 6
Cuſpis IV, 172
Cygnus VIII, 67
Cynthia XVIII, 74
Cytherea XVI, 20

D.

Damna-

Damnare VIII, 84
Danaae puellae I, 3
Danai, *Graeci.* III, 123
Daphne XV, 25
Dardanius VIII, 42
Dare leto, II, 147
- - ſalutem. IV, 1
Dare ventis verba II, 25
Daulias ales XV, 154
Decolor IX, 4
Deducere lunam VI, 85
Deiphobus V, 94
Delia IV, 40
Deligere IV, 30
Delos XX, 236
Delphi XXI, 232
Demophoon II, 1
Demto fine. I, 50
Deperire V, 104
Deprecor III, 77
Depudere IV, 155
Devia avis II, 118
Devotus VII, 4
Dextræ dextra commiſſa. II, 31
Diana triplici vultu depicta XII, 79
Dibaphæ veſtes XIII, 37
Dicere al. in aurem III, 24
Diffundere iram VIII, 61
Diluitur hora mero XIX, 14
Diomedes IX, 67
Disjecta Ilios I, 47
Diffidet facies a verbis, XVII, 252
Diſſimulanter XX, 130
Diſtinet Iſthmos freta VIII, 69. XII, 104
Divitior XV, 34
Dolon I, 39
Domini Di IV, 13
Dorica caſtra XVI, 370
Draco vellus aureum cuſtodiens XII, 49
Dryades IV, 49
Ducere volucrem laqueo & piſcem hamo XIX, 13
Dulce, *ſuaviter.* XV, 152

E.

Echo X, 22
Edere animam, *interfici,* IX, 61
Effingere manus XX, 134
Effundere vitam VII, 181
Electus necis II, 144
Eleus XVIII, 166
Eleuſis IV, 67
Eliſſa VII, 102
Endymion XVIII, 63
Eos III, 57
Ephyre XII, 27
Erechtis XVI, 343
Erichtho XV, 139
Erinnys VI, 45
Errat fatum VIII, 65
Erudire in artes I, 112
Eruta remis aqua V, 54
Erymanthus IX, 87
Eſt aliquid, III, 131. XI, 11
Eumenides VII, 96

Evolvere ſuſos XII, 4
Europe IV, 55
Eurybates III, 9
Eurymachus I, 92
Euryſtheus IX, 7
Exacta voluntas XVII, 177
Exacto tempore IV, 26
Exagitare III, 77
Exciderunt, *pev. brev.* XII, 71
Excidere, *ſc. e memoria*, II, 105
Excutere onus ventris XI, 42
Exigit aquas Hebrus, II, 114
Exiguiſſima XIV, 115
Exigere ferrum per praecordia IX, 157
Exitus in Dis eſt XX, 44
Expulerunt, *brevi tertia*, XIV, 72
Exſcreare XX, 24
Exſtat amor, XVI, 4

F.

Face exſpectes. II, 98
- referas XIII, 144
Faces in funeribus adhibitae XXI, 172
Faceſe alicui nimium II, 39
- vulnera II, 48
Facies rara XVII, 93
Fallere noctem, *traducere*, I, 9
Fallere retia XX, 45
Falcatus ſinus II, 131
Fata trahunt VI, 28
Fatis ordine euntibus I, 101
Fata diurna VI, 36
Fauni bicornes IV, 49
Ferae rapidae XI, 111
Feras perdere IV, 170
Feriri aratris I, 55
Ferox, fortis IV, 79
Fides ſoluta, X, 78
Fides, *cithara*, V, 139. XV, 123
Figere, IV, 16
- ſimulacra cerea VI, 91
Findere viam XIX, 208
Fine modico IV, 76
Finge X, 63. XVI, 351
Flamma, *amor*, XII, 38. XII, 166. XVIII, 177
Flammea lumina XII, 107
Flectere aliquem. III, 97
Foetus XX, 9
Fortior aetas veniet I, 107
Frangi I, 86
Fratre marita ſoror, IV, 134
Fumant altaria. I, 25
Fungi caede XIV, 19
Funguntur oculi lacrimis, VIII, 109
Furere V, 121
Furtum, amor furtivus XVI, 289. XVIII, 109
Furtivum onus XI, 38
Fuſos evolvere XII, 4

G.

Ganymedes XVI, 197
Gargara XVI, 107
Gelidus axis VI, 106
Gemere acerba. VIII, 107
Gemitum dare XI, 30
Gena, vultus, oculi V, 68. XX, 206
Geniale rus XIX, 9
Geryones IX, 91
Glaucus XVIII, 160
Gnoſia tellus IV, 68
Gorge IX, 165
Graia juvenca V, 117
Gratari VI, 119

H.

Habenæ ſcuticae IX, 81
Hactenus, XV, 156
Hæmus mons II, 113
Haerere VI, 26
Hara immunda, I, 104
Hebrus II, 15. II, 114
Hecate XII, 168
Hector I, 36. III, 86
Hecubae ſomnium XV, 46
Helena rapta a Paride VIII, 19
Helice XVIII, 149
Helle XVIII, 139
Helleſpontiac. mare XVIII 107
Herba eſt meſſis XVII, 263
Heredem agere II, 78
Hermione VIII, 1
Heſione XX, 69
Hiems amoris V, 34
- tempeſtas, VII, 41. XVI, 29
Hippodamia VIII, 70
Hippolytus XXI, 10
Hippomenes XVI, 263
Hippotades, Aeolus. XVIII 45
Hiſcere VI, 144
Hortari canes IV, 42
Hydra Lernæa IX, 95
Hyllus IX, 24
Hymen IX, 134
Hymenæus II, 33
Hypſipyle VI, 132

I.

I Nunc, III, 26, IX, 105
Iacere I, 1
Iactare lumina in al. III, 11
Iactari in alto XVII, 235
Iaculatrix XX, 229
Iardanis IX, 103
Iaſon XII, 95
Iberus IX, 91
Icarius pater Pelop. I, 81
Ida mons V, 73
Idæus XIX, 177
Idya XVII, 232
Ignis VIII, 58
Iliades XVI, 336
Ilioneus XVI, 360
Ilios I, 48
Imagine tangi XII, 189
Impellere. III, 153

 Impli-

Implicare laqueis colla, II, 142
Impetus IV, 38
In primo ore IV, 9
In mea vota IV, 16
Inachides XIV, 23
Inachus XIV, 89
Inanis *cum Genit.* III, 60
Incinctus IV, 86
Increpare lyram III, 118
Iners, XVI, 312. XVIII, 110
Infirmo, XVII, 127
Infuſus collo II, 93
Ingenioſa terra VI, 117
Ingenium VII, 36
Injicere manus in aliquid VIII, 16. XII, 158
Ino XIX, 125
Inſolita labes IV, 32
Inſtar habet, II, 30. XVI, 366
Intumuerunt præcordia curis XVI, 134
Intumulata II, 136
Invenit ſe dolor XV, 113
Invitis oculis XVIII, 4
Io juvenca XIV, 86
Iole ab Hercule amata IX, 6
Ioniacae puellæ IX, 73
Ira maris XVIII, 2
Ira lenta III, 23
Iram diffundere VIII, 61
Irus I, 95
Iſis XIV, 106
Iſmarii equi I, 46
Iſthmos IV, 105. VIII, 69
It dies I, 8
Itys XV, 154
Iugum al. inponere, IX, 6
Iuga, *montes*, *altitudo*, V, 20, 138
Iugoſus IV, 85
Iugulum al. aperire, 53
Iulus puer, VII, 75
Iungere oſcula 94
Iuno toris praeeſt II, 41. XII, 87
Iurata Numina II, 23
Iuratus *active* III, 53
Iuſſa, *coacta* III, 144
Iuvencus IV, 21

L.

Labes, *infamia* XVII, 14
Lacaena V, 99
Lacer I, 36
Lacerare opes III, 86
Lacertus, *fortitudo* I, 47
Laedere IV, 21
Laerte ſatus III, 29
Lamus IX, 54
Lanas mollire III, 70
Laodamia XIII, 2
Laodice XIX, 135
Laomedon XVII, 206
Lapſa fides II, 102
Laqueis inplicare colla II, 142
Latmia ſaxa XVIII, 162
Latois, *Diana* XXI, 153
Latona XXI, 100

Laxatur humus. II,123
Lectus deſertus. I, 7
- viduus I, 81. XVI, 315
- cælebs, XIII,107
Leda VIII, 78
Legere vela, XV, 216
Lemniades VI, 53
Lemnos VI. 50
Leniter ferre V, 7
Lenta mora III, 138
Lentus I, 1, IV, 81
Lernaea, vid. Hydra.
Lesbides puellae III, 36
Leto dare, II, 147
Leucippidas XVI, 327
Libamina capere IV, 27
Libata virginitas II, 115
Libellus, *epiſtola* XI, 2
Liber revertendi I, 80
Liber, *Bacchus*. XVIII, 153
Limen, *domus*. XX, 129
Lingua haeſit IV, 7
Linquor II, 130
Lintea, *vela* II, 125
- parca XXI, 80
Littera, *epiſtola* III, 1
Litura III, 3
Longæva nutrix, I, 103
Longe eſſe XII, 54
Loqui cum aliquo, ſcribere ad al. IV, 7
Lotos aquatica XV, 160
Lucida gemma, *annulus*, XV, 74
Luciferae manus XX, 192
Lucina VI, 122
Lucentia colla IV, 79
Ludere, *decipere*, XVII, 142
Lumina condere, vid. *condere*.
Lunae cornua coëunt, II, 3
Luſus, *amor*, XV, 21
Lycurgus, II, 111
Lydus Lamus IX, 54
Lympha V, 31
Lyrneſſa moenia III, 45

M.

MAcareus XI, 21
Macerari XX, 125
Maculis diſtincta retia V, 19
Mæander fl. VII, 2. IX, 55
Mæonia Zona IX, 65
Magnetis XII, 9
Maia, XVI, 62
Manus, *poteſtas*, XII, 74. XVII, 166
Manus iniicere in ſua jura, VIII, 16
- victas dare XVII, 260
Marte tuo, III, 45
- civili, VI, 35
Matrona, *uxor*, V, 85
Maxime rerum IX, 107
Medea VI. 127
Medius torus XIX. 158
Medon I, 91
Meduſa XIX, 134
Melanthius, I, 95

 Mele-

Meleager IX, 151
Menelaus V, 105
Menoetiades III, 23
Mens eſt II. 134
Methymniades XV, 15
Metus concutit oſſa III, 82
Micare, *tremere* I, 45
Miles nova XI, 48
Mille, *multi*, VII, 123
Minerva ruda, V, 36
Minois, *Ariadne*. XVI, 347
Minoia IV. 6
Minyae, *Argonautae*, VI, 47
Miſcendus, *jungendus*,
Mitra IX, 63
Mobilitas XV, 48
Modice falcatus ſinus II, 131
Modus, *finis*. III, 90
Moenia Phoebi I, 67
Molles anni, I, 111
Mollire lanas, III, 70
Mopſopia VIII, 72
Mordet amor pectora XIII, 30
Movere iter, XVIII, 10
Mulcere aequora, II, 38
Munitor V, 139
Murex XIII, 37
Mycenae VII, 165
- næus III, 109. V, 2
Myconos XXI, 81
Mygdonium marmor XV, 141
Mygdonia humus XV, 106
Myniae VI, 47
Myrtous XVI, 208

N.

NAiades XV, 162
Nativa moles V. 61
Naxus inſ. X, 129
Nectere colla lacertis, II, 141
Neleia arva I. 63
Nemea peſtis IX, 61
Neoptolemus VIII, 82
Nephele XIX, 123
Neptunia Pergama III, 151
Nequitia, *libido*, XVII, 29
Nereus, III, 74. IX, 14
Neſſus IX, 142
Neſtor I, 37
Niger deus II, 71
Nilus XIV, 107
Niobes fabula XX, 106
Niſiades matres XV. 54
Niſus medius IV, 125
Nocte aeterna premi. X, 112
Noctem fallere I, 9
Nocturnus dolus I, 42
Nodos inponere. IV, 136
XX, 59
Nothus IV, 122
Notus ventus II, 12
Novare IV. 90
Nox puellis grata. XIII, 105
- vidua XIX, 69

Nuda humus XIV, 100
Numen 105
Nurus. XVII, 205
Nutrix longaeva I, 103
Nymphae IV, 173

O

OBliquus dens apri IV, 104
Obrepens ſomnus XIX, 46
Obrutus. *merſus*, I, 5
Obſequium tuli VI, 18
Odia exercere, VII, 43
Oebalis nympha XVI, 126
Oechalia IX, I
Oeneus IX, 153
Oenides III, 92
Oenone V, 3
Oeta mons IX, 147
Offerre manus luciferas, XX, 192
Ogygius X, 48
Olenium pecus XVIII, 188
Olive albens XI, 67
Omphale IX, 53
Operari IX, 35
Operoſa gloria II, 64
Opponere V, 5
Oppoſitae fores XVII, 8
Opus amoris fit XV, 46
Ora, *regio*, XVI, 344
Orare, *inprecari*,
Oreſtes, VIII, 9
Oris plus, XVII, 102
Ormeni nympha IX, 50
Orithyia rapta. XVIII, 42
Orſa. XIV, 18
Os, *facies*, IV, 78
Os primum, IV, 8
Oſcula congerere XVIII, 113
- - jungere. II, 94
Oſtrum Tyrium. XII, 179

P.

PActa, *deſponſata*, VIII, 95
Pagaſaeus Iaſon XVI, 345
Palaemon XVIII, 159
Palaeſtra XVI, 149
Pallas XIX, 44
Pandus VI, 10
Panes IV, 171
Parat ire, I, 100
Parca meliore XI, 105
Parrhaſis urſa XVIII. 152
Parthenius IX, 49
Paſiphaë IV, 56
Patrii dii, I, 26
Patrueles VIII, 28
Pax, *maris tranquillitas* XVIII, 205
Pectus, *ſapientia* XVI, 305
Pedes IV, 80
Pegaſaeus XVI, 355
Pegaſides XV, 27
Pegaſis Oenone. V, 3
Peius amare IV. 26
Pelaſgiades IX, 3
Peleus III, 135

Peliæ XII, 129
Pelias arbor. XII, 7
- - haſta III, 126
Pelides VIII, 83
Pellex V, 60
Pelopeius Atreus VIII, 27
Peloponneſus VIII, 69
Pelops, VIII, 47
Peltatus XXI, 117
Penates dii VII, 77
Pendere ab ore alicujus I, 30
Pendula tela I, 10
Penelope I, 1
Penſum III, 75
Pentheſilea XXI, 118
Pepigit XVI, 35. XX, 157
Peragere latus enſe IV, 119
Peracta claſſe V, 41
Perdere feras, IV, 170
Perenne fonte. VIII, 64
Pergama XVII, 205
Pernoctare XVIII, 17
Perſephone XXI, 46
Perſeus XV, 35. XVIII, 153
Pervigil VI, 13
Phædra IV, 74
Phaon XV, 11
Phaſiacus XII, 10
Phaſias Aeetine VI, 103
Phaſis fl. VI, 108
Pheraeae vaccae V, 151
Phereclea puppis XVI, 22
Phoca X, 87
Phœbe VIII, 77
Phœbus medicinae auctor, XXI, 174
- - exſtat altior terris. XIII, 103
Phœbi mœnia I, 67
Phœnix III, 129
Phrygia pineta XVI, 105
Phryxea ovis VI, 104. XII, 7
Phryxus XVIII, 143
Phthii regni III, 65
Phylleides matres XIII, 35
Phyllis II, 1
Picea arbor, XII, 67. XVI, 54
Pignus II, 53
Pinus, *Argo navis* VI, 47
Piſander I, 91
Pittheis IV, 107. X, 131
Placita bona XVII, 98
Plangere pectora. V, 71
Plecti VI, 82
Plectrum III, 113
Plias XVIII, 188
Pleiones nepos XVI, 62
Polybus I, 91
Polydamas, V, 94
Pomaria, *poma*, IV, 29
Ponent venti VII, 49
Ponere tempus XIX, 10
Ponti plaga laeva. XII, 28
Porrigit aequor aquas, II, 128
Portus, *requies*, *ſalus*, I, 110
Poſita menſa, I, 31
Poſito mero. XVI, 218

Poſſe fortius XIII, 83
Potus. 241
Praebuerim, *praebebo*, VII 126
Praebuit rapi, V, 132
Praecepta gandia XVII, 107
Praecipitem rapi, XIII, 10
Praecerpere meſſes XX. 143
Praepedire XIV, 18
Praepes, *alatus*, VIII, 38
Praeſignis IV, 39
Praeter VI, 5
Premere III, 88. IX, 30
- ora clamantis, XI, 50
Preſſa coma III, 120
- oſcula II, 94
Preſſi in retia cervi IV, 41
Priamus III, 20. V. 95
Primum os, IV, 8
Priores IV, 161
Probare, *laudare*, III, 123
Procruſtes II, 69
Pro nullo pondere, III, 57
Pronurus, *vid.* *Narus*
Prora, *navis*, XVIII, 11
Proſcindere littus aratro. XVII, 139
Proſerpina, *vid.* *Perſephone*.
Proſocer, *avus maternus*, III, 74
Proſpectu metiri X, 28
Pruina vitrea X, 7
Pudor dejecit ocellos gremio, X, 35
Puellae trepidae I, 29
Pugnare, *reſiſtere*, III, 25
Pulvinus XIX, 198
Puppis naufraga, II, 16
- lacera, II, 45
Pylos urbs I, 63
Pygmalion VII, 114
Pyrrha XV, 167
Pyrrhiades puellae XV, 15
Pyrrhus III, 136. VIII, 8

Q.

Qua II, 52
Quaeſierunt, *pen. brevi* V, 136
Quamvis *cum Indicat.* III, 8. XVIII, 99
Quando erit VII, 19
Quantus erat, III, 49. VI, 16
Quaterus ſua regna, VIII, 118
Queruntur aves X, 8
Quibus uſus adeſt, XVII, 145
Quis, *quibus*, V, 96

R.

Rapidae ferae, XI, 111
Receptare, III, 87
Recolo, V, 113
Recrevit luna, II, 5
Recurvare IV, 79
Recuſare, *ſpernere*, V, 83

Redde-

Reddere IV, 53
Rediit animus, X, 31
Redimere XVII, 49
Redux, VI, 1
Referre pedem cœlo XVI, 88
Refero mente XXI, 216
Remi corporis, *brachia*, XVIII, 215
Remigium, *remiges*, II, 47
Remiſit furor IV, 51
Remiſſa ambage VII, 149
Remittere fidem promiſſi, XXI, 223
Repetere, *recordari*, XVI, 277
Repetitor VIII, 19
Rerum maxime IX, 107
Reſidet flamma XVIII, 190
Reſiſtuut verba XIII, 12
Reſupinus XVI, 255.
Retia fallere XX, 45
Retinacula XVII, 55.
Reuertendi liber, I, 80.
Rheſus I, 39.
Rhodòpe II, 13.
Rhodopeïa Phyllis II, 1.
Rigere mole, II, 132.
Rigor, *ſeuerias uultus* IV, 77.
Rogus XI, 104.
Rorantur oculi lacrimis XV, 97.
Roratae aquae XIX, 124.
Rota, *currus*, VIII, 70.
Rudimentum turpe. V, 97.
Rudis porta VII, 122.
Rugoſum V, 28
Ruinoſa domus I, 56
Rumpor, V, 57. XVI, 221
Rumpere ſinus V, 71.
Ruſtica coniux, I, 7.

S.

Salutem dare. IV, 1
Samii I, 87
Sanguine partae res I, 94
Sappho XV, 3
Sarcina IV, 24
Satiauit ſe ira XX, 87
Saturnus IV, 131
Satyri IV, 171. V, 135.
Schoeneis *Atalanta* XVI, 264 XXI, 123.
Scinis II, 70.
Scylla & Charybdis 123
Scyria membra VIII, 112
Scyron II, 69
Scythia nivoſa XII, 27
Securigerae puellae IV, 117
Sedet ſarcina IV, 24
Semideae IV, 49
Semirefacta claſſis VII, 176
Semiſepultus I, 55
Sepultus, *incognitus* VII, 92
Sequax equus, IV, 46 XIX, 12
Sequitur IV, 10
Seſta puella XVIII, 2
Seſtos XVIII, 127

Si, *an*, V, 93
- ſi *quidem* I, 49
Sicani montes. XV, 57
Sicelides puellae XV, 51
Sichaeus VII, 97
Siderum vis VIII, 88
Sidonius IX, 101
Sigeia tellus I, 33
Simois fl. I, 33
Sinis II, 70
Siniſtra hora XXI, 68
Siſtere certamina XVI, 69
Siſyphiae opes XII, 204
Sithonis unda II, 6
Sithonius XI, 13
Sitis mihi eſt II, 139
Socialia foedera IV, 17
Sociare cubilia cum aliqua III, 109
Solis utraque domus IX, 16
Solui laetitia XIII, 116
Soluta fides X, 78
Somniantes ſacrificare ſoliti XIX, 194
Sorores, *Parcae*, XV, 81
Sparte, I, 65. XVI, 187
Spatioſa nox, I, 9
in Speculis eſſe XVIII, 12
Spes, *metus*, II, 9
Spolium virginitatis, V, 140
Spumeſcunt aequora remis, II, 87
Stamen III, 76
Stat, *certum eſt*, II, 143
Stat tecum victoria, X, 105
Statio, *portus*, VII, 89
Sternuere, XIX, 151
Stheneleius hoſtis IX, 25
Strictus enſis III, 145
Strictum ferrum III, 145
Subire XIII, 51
Subnuba, *concubina*, VI, 153
Succeſſu carere, I, 18
Succiduo genu, XIII, 24
Succumbere precibus, III, 91
Summa, *finis*, II, 56
- - inperium, VII, 12
Suſcitat aura lintea, V, 53
Suſpicere XVII, 59
Suſtinet diem fati, I, 114
III, 142
Sylvae XVI, 107
Symplegades XII, 121

T.

TAbes IX, 144, XXI, 60
Tacitus IV, 52
Taedifera dea, *Ceres*, II, 42
Taenaria XIII, 45
Taenaris VIII, 72. XVI, 30

Talen-

Talentum III, 33
Talthybius III, 9
Tanais VI, 107
Tantali fabula XVI, 209
Tantalides VIII, 45
- - matres VIII, 66
Tardi dies I, 8
Tecta, *labyrinthus* IV, 60
Tecta ſepulcro oſſa, III, 103
Tegeeus aper IX, 87
Tela pendula I, 10
Telamon III, 27. XX, 69
Telemachus. I, 98
Tempora, *caput*, VI, 44
Tenedos inſ. XIII, 53
Tenere vocem XI, 49
Tenere puellam III, 117
- - curſum II, 14
Tenet te altera conjux, II, 103
Tenos XXI, 81
Tenor, conſtantia
Tenuare iram XX, 73
Tepefacere haſtam ſanguine I, 19
Tentare aera VI, 161
- - venam ſalientem XX, 139
ſine Teſte, XX, 182
Teucer, III, 130
Thalia, poëtices ſtudium, XV, 84
Thebae II, 71
Therapnae urbs XVI, 196
Theſeus II, 13. X, 3
Theſides IV, 65
Theſſala pinus, XVIII, 158
Theſſalicus, *Graecus*
Theſſalus VI, 23
Theſſalis XIII, 112
Thetis XX, 60
Theutrantia turba IX, 51
Thoas, VI, 114
Thrace armifera, II, 84
Thracia caſtra I. 42
Threicia lyra III, 118
Threicii portus II, 108
Threſſa puella, XIX, 100
Thyrſus XIII, 33
Tibia effundit carmina XII, 139
Timor belli, ipſo bello pejor XVI, 349
- - ſollicitus I, 12
Tinguere IV, 72
Tiphys VI, 48
Tiſiphone II, 117
Titan VIII, 105. XV, 135
Tithonus XVIII, 111
Titulus, *laus, victoria*, II, 68
Tlepolemus I, 19
Tonans IX, 7
Tonantes venti XIX, 81
Tophus XV, 141
Tori IX, 60

Torqua-

Torquata colubris II, 119
Torus, *matrim.* XIX, 100. XXI, 140
Tractabile nondum mare XIX, 71
Trahere penſa data. III. 75
Trinacria XII, 116
Triplex Dianae vultus XII, 79
Triton VII. 50
Troaſin XIII, 157
Troezen IV, 107
Tropæum IV, 66
Tuba funerea XII, 140
Tument bella VII. 121
Turicremi foci II, 18
Tybris fl. 145
Tydeus IX. 155
Tyndareus VIII, 31
Tyndaris V, 91
Typhois Aetna XV, 11
Tyro XIX, 132
Tyros urbs VIII, 151
Tyrium oſtrum XII, 179

V.

Vacare, XII, 1. XX, 154
Vacua virgo, *nulli deſponſata,* XX, 149
Vada II, 15
Vale, *epiſtolarum ſolemnis clauſula* XX, extr.
Vallatus IV, 159
Vaneſcat crimen in auras I, 79
Ubi, IV, 25
Vector, XVIII, 148
Vellus, *lana* VI, 2
Venabulum IV, 83
Venti ponunt VII, 49
- alas habere dicuntur, XI, 14
Venus, *amor,* III, 116
- ex ſpuma maris orta, XV, 213
- Helenam Paridi promiſit XVI, 15
Verba orba viribus ſuis, *irrita.*
- - alta IV, 150
Verſa in cinerem Troja. I, 24
Verſare leves currus IV, 45
Victoria ſtat tecum X, 105
Victas manus dare IV, 14
Videre longius VI, 72
Viduae manus, I, 10
Viduus lectus, I, 81
Villus, *vellus,* VI, 49. XII, 201
Vincula epiſtolae, XVIII, 18
Virginitatis ſpolium V, 140
Viridis avis XV, 38
Viſcera, *opes,* I, 90. *infans* XI, 90

Vitrea

Vitrea pruina X, 7
Viva ſaxa VI. 88
Ululare II, 117
Ulyxes I, 35
Voluptas conſumta XV, 49
Urguere equos, XII, 152
Urguet fortuna miſeros, III, 43
- - ere acus in jecur, VI 92
Urere mora, 138
Usque I, 45
Vulnus, *injuria* VI, 82

X.

XAnthus V, 31. XIII, 53

Z.

ZAcynthus I, 87
Zephyrus XI, 13. XIV, 39. XV, 208
Zona recincta, II, 116

FINIS.

A01 1465160